rem: quo .. nunc non ita confugiunt, ut antea in suis repetundis rebus solebant; Verr. V, 126. quod si in eis rebus repetendis ... is periculum iudicii praestare debet; Muren. 3. „ferro rem repetunt"; Muren. 30. ut ... rex amicus ... nullis rebus repetitis cum bonis omnibus publicaretur; Sest. 57.

rem publicam: fuistisne aliquando rem publicam a funesto latrone repetituri? Sest. 81.

sacra: sacra se maiorum suorum repetere abs te dicit; Verr. IV, 17.

sestertios: abs te sestertium milieus ex lege repeto; div. Caec. 19.

severitatem: repetenda vetus illa severitas; Phil. VII, 14.

tyrannum: ſ. alqm; dom. 94.

vestem: ſ. argentum.

uxorem: Ceii cuiusdam Samnitis uxorem post bellum ab hoc esse repetitam; Cluent. 162.

repleo, anfüllen, ergänzen: alqd: qui consumpta replere ... vellent; Muren. 50.

domum: ut exhaustas domos replere possent; prov. cons. 4. videras .. grandis iam puer bello Italico repleri quaestu vestram domum; Piso 87.

replico, aufrollen, entfalten: I. alqs: replicate; ipsa sunt; Fr. B. VI, 52.

II. memoriam: ne replices annalium memoriam; Sulla 27.

repono, wieder hinſtellen, aufſtellen, einſetzen, zurückſtellen, einreihen, zählen: alqm: ut in illo antiquissimorum ... hominum ... numero reponantur; Verr. III, 210. in eo me loco, in quo vestris beneficiis fueram, isdem centuriis, quibus conlocaretis, reposuistis; Quir. 17. quos equidem in deorum immortalium coetu ac numero repono; Sest. 143.

causam: in vestra mansuetudine atque humanitate causam totam repono; Sulla 92.

columas: omnes illae columnae ... eisdem lapidibus repositae sunt; Verr. I, 145. utrum existimatis minus operis esse unam columnam efficere ab integro novam nullo lapide redivivo an quattuor illas reponere? ib. 147.

dentis: qui eos dentis reponerent; Verr. IV, 103.

Dianam: (Diana) in suis antiquis sedibus ... reponitur; Verr. IV, 74.

diem: praeclarum diem illis reposuisti; Verr. II, 52.

insigne: insigne regium, quod ille de suo capite abiecerat, reposuit; Sest. 58.

lapidem: cum suo quemque loco lapidem reponeret; Verr. I, 146.

sacra: quae (signa) ... sacra quaedam more Atheniensium virginum reposita in capitibus sustinebant; Verr. IV, 5.

salutem: qui in salute rei publicae salutem suam repositam esse arbitrabantur; Rabir. 20.

signum: signa ... iussu Dolabellae reponuntur; Verr. I, 46. signum pulcherrimum Karthagine captum reponatur; ib. IV, 82.

spem: senatum populumque Romanum ... magnam spem in eius virtute ... reponere otii; Phil. V, 41.

statuas: statuae ... reponuntur; Verr. II, 162. si Metellus statuas Centurpinos reponere non cogisset; ib. 163. si statuas Metellus non reposuisset; ib. 164.

reporto, zurückbringen: I. diligens ad: ipse diligens fuit ad reportandum; Verr. IV, 6.

II. alqm: P. Lentuli beneficio ... non reducti sumus in patriam, ... sed equis insignibus et curru aurato reportati; sen. 28. illa (res publica), simul atque revocata est, me secum pariter reportavit; ib. 34. cum me ... Italia cuncta paene suis umeris reportarit; ib. 39.

candelabrum: statuerunt id (candelabrum) secum in Syriam reportare, Verr. IV, 64.

deos: imperator populi Romani ... deos patrios reportabat Segestanis; Verr. IV, 77.

Dianam: (haec ipsa Diana) reportatur Segestam; Verr. IV, 74.

insignia: ut ab illo insignia victoriae, non victoriam reportarent; imp. Pomp. 8.

manubias: si est aequum praedam ac manubias suas imperatores ... ad xviros tamquam ad dominos reportare; leg. agr. II, 61.

pecuniam: non ex litibus aestimatis tuis pecuniam domum, sed ex tua calamitate cineri atque ossibus filii sui solacium volt aliquod reportare; Verr. V, 128.

praedam: ſ. manubias. — solacium: ſ. pecuniam. — victoriam: ſ. insignia.

reposco, zurückfordern, fordern: I. numerum: res publica ... hunc tot patrum familias numerum desiderat et reposcit; Verr. III, 120.

rationem: qui ab altero rationem vitae reposcunt; Verr. III, 1.

II. mit doppeltem Accuſativ: deos penatis te patrios reposcit; Verr. IV, 17. ut ... eum simulacrum Cereris et Victoriae reposcerent; ib. 113. quorum alter me Catilinam, amatorem suum, ... alter Cethegum consobrinum reposcebat; sen. 10.

repraesento, darſtellen, bilden: libertatem: si repraesentari morte mea libertas civitatis potest; Phil. II, 18.

memoriam: quod ipsum templum repraesentabat memoriam consulatus mei; Sest. 26.

reprehendo, faſſen, zurechtweiſen, tadeln, rügen, anklagen, wieder gut machen: I. **abſolut:** 1. potestas: ut esset reprehendendi potestas; leg. agr. II, 26. ratio: quae .. omnia .. perfacilem rationem habent reprehendendi; Cael. 62.

2. alqs: qui posset reprehendere? Verr. I, 98. hactenus reprehendet, siqui volet: nihil amplius; ib. IV, 56. nondum reprehendo; leg. agr. II, 20. *reprehendit || scite reprehendit ||; Flacc. 22. quis erit tam iniquus, qui reprehendat? ib. 28. si non decrevisset,

sed edixisset, quis posset vere reprehendere? ib. 78. recte reprehendis; Sulla 63. non reprehendo, nec quaero fueritne aliquid pertimescendum; dom. 8. inridentis magis est quam reprehendentis; Planc. 75. reprehendo igitur? minime vero; Ligar. 20. D. Brutum nonne omnibus sententiis semper ornavi? num igitur reprehendistis || reprehenditis ||? Phil. XI, 36.

II. **mit Ergänzung:** quod: ſ. **quod,** I. reprehendo (19 Kl.) S. 219, b.

III. **mit Object:** alqm: *eum* cum testem producam, reprehendere audebit? Qu. Rosc. 45. quid .. in hoc Verrem reprehendis? Verr. II, 57. in quibus (vitiis) alterum reprehenderint; ib. III, 4. ille ... in hoc uno genere veterum religione legum reprehenditur; ib. 82. in illo reprehenditur, quod ex ea pecunia remiserit, quam ipse quaesierat; ib. non reprehendo Metellum; ib. 153. non reprehendo .. Metellum; ib. ne illa quidem communi vituperatione (te) reprehendo; ib. V, 46. *ne* in eo reprehendar, quod hoc tempore respondeo; Tull. 4. omnes ... reprehensos videmus primum testibus; Font. 3. quos nemo possit reprehendere; ib. 19. cum in eodem genere, in quo ipsi offendissent, alios reprehendissent; Cluent. 98. moleste ... tulerat se in eis orationibus reprehensum; ib 141. me reprehendis, quod idem defendam, quod lege punierim; Muren. 67. aliquid fortasse coram productі dicent, in quo reprehendantur; Flacc. 35. Mithridates ... reprehensus, [con]victus fractusque discessit; ib. 41. si me, qui defendo, reprehendendum putas esse; Sulla 4. hic tu .. reprehendis me, quia defendam; ib. 50. quis tandem me reprehendat? Arch. 13. quia non condemnavi sententia mea duo consules, sum reprehendendus? dom. 9. quod nominatim rei maximae ... summum virum ... praefecimus, a te reprehendemur? ib. 24. quem quo modo illi reprehenderent? Cael. 65. quis me tandem iure reprehendet? prov. cons. 20. quo minus ... tacitorum existimatione reprehendar; ib. 40. reprehendo neminem; Balb. 61. in quo me ... reprehendit; Piso 55. in quo reprehendat eum licet, si qui volet; ib. 70. si quos (aculeos) habuisti in me reprehendendo; Planc. 58. te etiam reprehendo, quod ea non enumeres; ib. 63. quem qui reprehendit, in eo reprehendit, quod gratum praeter modum dicat esse; ib. 82. quod in eo me reprehendisti, quod nimium multos defenderem; ib. 84. certe ... non sum reprehendendus; ib. 91. si quis est .. qui C. Rabirium, quod fortunas suas ... potestati regiae ... commiserit, reprehendendum putet; Rab. Post. 1. nos reprehendimur soli? Phil. XII, 6.

alqd: id quasi novum reprehendis; Sex. Rosc. 44. quod tametsi non reprehendunt; Verr. a. pr. 46. quod multi reprehenderunt; ib. I, 73. quid habes quod reprehendas? ib. 114. id ego non reprehendo; ib. 123. utrum horum reprehendis? ib. 124. nihil aliud in eo, quod reprehendi possit, invenio; ib. II, 110. qua in re primum illud reprehendo; ib. III, 16. quod tua sponte iniussu populi sine senatus auctoritate iura provinciae Siciliae mutaveris, id reprehendo; ib. 17. id quaestu ac tempore admonitus reprehendisti; ib. 51. unum hoc aliquot senatus consultis reprehensum decretumque est; ib. 81. iam hoc quidem non reprehendo, quod ascribit „accensus“; ib. 154. nihil ... nunc in istius facto reprehenditur: hoc reprehendo, quod ... iste pro tritici modiis singulis denarios ternos ... exegit; ib. 189. tu ... id, quod reprehenditur, recte factum esse defendes? ib. 205. neque id est novum neque reprehendendum; ib. 216. neque id ullo modo senatoriis iudiciis reprehendi posse; ib. 224. illud in Syracusanis merito reprehenderetur; ib. IV, 151. si quid erit commissum a quoquam vestrum, quod reprehendatur; ib. V, 178. quod ... reprehendendum fortasse minus ... videtur; Caecin. 6. quid reprehendis? Font. 2. quis tandem id possit reprehendere? Cluent. 142. hoc .. in eo reprehendendum est; leg. agr. II, 30. non possum id in te reprehendere, quod in me ipso ... probavi; Muren. 42. quid reprehendis? ib. 70. quae ... reprehendere non possumus, queri tamen cogimur; Flacc. 14. in quo quid reprehendas scire cupio; ib. 84. quod ego non reprehendo; ib. 86. reprehendo .. illud maxime, quod ... causam rei publicae non tenes; Sulla 32. quaero in ipsa sententia ... quid reprehendatur; dom. 10. si ... id in adoptione satis est trium esse horarum, nihil reprehendo; ib. 41. quoniam hoc reprehendis, quod solere me dicas de me ipso gloriosius praedicare; ib. 93. quid reprehenditis || quod reprehenditis ||? Sest. 80. quod quidem iam in hac aetate minime reprehendendum est; Cael. 18. quando .. hoc non factum est, quando reprehensum? ib. 48. reliqua non reprehendo; prov. cons. 45. id accusator non negat, sed reprehendit; Balb. 6. quae cum reprehendis; Piso 14. scire cupio quid tandem in isto versu reprehendas; ib. 73. si quid est in me ipso ita reprehensum; Planc. 4. si non modo in eo nihil umquam reprehensum, sed laudata sunt omnia; ib. 32. tu id in me reprehendis, quod Q. Metello laudi datum est; ib. 89. quo quidem tempore ... omnia, non modo quae reprehendi palam, sed etiam obscure quae cogitari possunt, timemus; Milo 42. quod totum est senatus, reprehendisti; Phil. II, 18. in quo cum multa reprehensa sint, tum in primis celeritas actionis; Fr. B. VI, 4. ſ. I, 2. alqs; Verr. IV, 56.

aestimationem: non potest reprehendi ulla aestimatio; Verr. III, 214.

artis: omnes .. istius modi artes in eis reprehenduntur; Planc. 62.

atrocitatem: potestis atrocitatem nostram reprehendere? Caecin. 9.

audaciam: erunt qui [et] in eo quoque audaciam eius reprehendant; Verr. I, 11.

celeritatem: ſ. alqd; Fr. B. VI, 4.

consilium: ſ. **consilium,** II, 1. reprehendo (9 Kl.) B. I, S. 646, b.

consulares: quid est, quam ob rem consulares, qui Catilinae adfuerunt, reprehendantur? Sulla 81.

consulatum: ne quisquam iam || ne quis umquam || audeat reprehendere consulatum meum tot, tantis ... auctoritatibus comprobatum; dom. 76.

culpam: prius de vestro delicto confiteamini necesse est, quam Ligarii ullam culpam reprehendatis; Ligar. 2.

dictum: ne dictum quidem aliquod reprehenderunt; Font. 40.

diligentiam: huius diligentia reprehendenda non est; Flacc. 31.

discessum: quod meum discessum ... nunc quasi reprehendere et subaccusare voluisti; Planc. 86.

dolorem: ne tua ista querella dolorque nimius ab illis sapientissimis viris reprehendatur; Planc. 51.

errorem: is .. libere reprehendere et accusare populi non numquam temeritatem solebat aut errorem senatus; Sest. 122.

factum: quod in agris locisve publicis factum reprehenderet; Cael. 54. ſ. **factum,** II, 1. reprehendo (6 Kl.) B. II, S. 313, b.

flagitia: ut ea (furta atque flagitia) reprehendenda tantum putem; Verr. IV, 83.

furtum: quando quidem || quoniam quidem || furtum nusquam reprehendis; Flacc. 68. furtum non reprehenditur; Flacc. 69. ſ. flagitia.

genus: genus aestimationis ipsum a me numquam est reprehensum; Verr. III, 214. si senatores iudicent, hoc certe unum genus infinitae pecuniae per summam iniuriam cogendae nullo modo posse reprehendi; Verr. III, 223. reprehendis solutionis genus; Font. 2.

gratificationem: Sullana gratificatio reprehensa; Muren. 42.

improbitatem: in quo primum aestimationis iniquitas atque improbitas reprehendatur? Verr. III, 220.

iniquitatem: quasi in eo sit iniquitas eius reprehendenda; Verr. III, 48. ſ. improbitatem.

iniuriam: si ... populus Romanus ... temeritatem atque iniuriam suam restitutione mea reprehendisset; dom. 88. magis est mihi verendum ne mea superbia in illius liberalitate, quam ne illius iniuria in nostra amicitia reprehendatur; prov. cons. 42.

instituta: noli ... maiorum instituta ... nimium severa oratione reprehendere; Muren. 75.

iudicium: hoc iudicium reprehendas tu ... necesse est; Cluent. 114. ut alter alterius iudicium ... reprehendat; ib. 122. ut viderentur por hominum idoneorum ignominiam sua auctoritate iudicia reprehendisse; ib. 130. ne cui liceret umquam reprehendere illud iudicium aut temere creditum criminari; Sulla 43. nemo iudicium reprehendit, cum de poena queritur, sed legem; ib. 63. ut eius exsilio, qui creatus sit, iudicium populi Romani reprehendatis; Planc. 8.

ius: neque ius || neque his || est hoc reprehensum Licinia et Mucia lege; Balb. 54.

legem: quae (lex) tota a me reprehensa et abiecta est; Sulla 65. ſ. iudicium; Sulla 63.

litteras: num etiam fratris mei litteras plenissimas humanitatis et aequitatis reprehensurus es? Flacc. 78.

maestitiam: quod .. idem maestitiam meam reprehendit; Phil. II, 40.

misericordiam: eorum, qui absolverunt, misericordiam non reprehendo; Cluent. 106.

mores: cuius mores erant a censoribus reprehensi; Cluent. 119.

peccata: ut ... aliorum .. peccata reprehendat; Verr. III, 2.

pietatem: illius pietatem non reprehendat; Cael. 1.

praetorem: praetorem ... non solum reprehendendum, verum etiam condemnandum putas? Flacc. 86.

preces: reprehendis meas pro Planeio preces, quod neque Opimius suo nomine liberatus sit neque Metelli Calidius; Planc. 69.

querellam: ſ. dolorem.

rem: quae (res) neque post edictum reprehendi neque ante edictum provideri potuit || provideri potuit reprehendi neque ante edictum, neque ante edictum provideri potuit ||; Verr. I, 107. hoc non concedo, ut, quibus rebus gloriemini in vobis, easdem in aliis reprehendatis; Ligar. 20. L. Cotta, vir summo ingenio, ... rebus eis gestis, quas tu reprehendis, supplicationem decrevit; Phil. II, 13.

rem publicam: tu rem publicam reprehendis; Sulla 32.

senatum: cur senatum cogor ... reprehendere? Phil. VII, 14.

sententiam: num .. in hoc officio ... sententia mea reprehenditur? dom. 18.

studium: quoniam in hoc officio studium meae defensionis ab accusatoribus atque etiam ipsa susceptio causae reprehensa est; Muren. 2.

sumptus: quod aes alienum obiectum est, sumptus reprehensi, tabulae flagitatae, videte quam pauca respondeam; Cael. 17.

superbiam; ſ. iniuriam.

susceptionem: ſ. studium.

tarditatem: si qui sunt qui tarditatem Bruti reprehendant; Phil. X, 14.

temeritatem: ſ. errorem. iniuriam.

tempus: neque in ulla (lege) praeteritum tempus reprehenditur; Verr. I, 108. duo .. tempora inciderunt, quibus aliquid contra Caesarem Pompeio suaserim; ea velim reprehendas, si potes; Phil. II, 24.

vim: non verebar, ne quis .. vim vi depulsam reprehenderet; Sest. 39.

virum: an vero clarissimum virum generis vestri ... nemo reprehendit ..? Sulla. 32.

vitium: quod in altero vitium reprehendit; Verr. III, 4. ego in uno homine omnia vitia ... reprehendo, ib. 5.

reprehensio, Tadel: I. est: non erat in hoc neque crimen ullum neque reprehensio; Verr. II, 162. in hoc genere facilior est existimatio quam reprehensio; ib. III, 190. quae erit reprehensio? ib. 220. in illo reprehensio nulla esset || esse potuit ||; ib. V, 75. quarum || qua re || omnium rerum una reprehensio est; Rab. Post. 22. cuius (legis) periculosa etiam reprehensio est; Milo 33. reliquorum factorum eius ... difficilis est sane reprehensio; Phil. II, 59.

movet: cuius reprehensio me vehementer movet; Muren. 3.

II, 1. adsumo: ut eorum reprehensionem vos vestrae prudentiae adsumere, meae modestiae remittere debeatis; Planc. 56.

relinquo: gloriam in morte debent ei, ... non culpae reprehensionem ... relinquere; Phil. XII, 25.

remitto: ſ. adsumo.

repudio: esset omnis eius modi reprehensio a vobis .. repudianda; Balb. 7.

2. versor in: intellego .. tris totius accusationis partis fuisse et earum unam in reprehensione vitae ... esse versatam; Muren. 11.

III. ansa: si locus habet reprehensionis ansam aliquam; Planc. 84.

reprehensor, Tadler: si ita esset, quod patres apud maiores nostros tenere non potuerunt, ut reprehensores essent comitiorum; Planc. 8.

repressor, Unterdrücker: video Milonem, ... repressorem caedis cotidianae; Sest. 144.

reprimo, zurückdrängen, aufhalten, hemmen, abwehren: alqm: cum .. a praesenti supplicio tuo continuit populus Romanus se et repressit; Verr. V, 74. me repente ... horum aspectus in ipso cursu orationis repressit; Sest. 144.

civitates: paucae (civitates) ... metu repressae silent; Verr. V, 57.

conatum: quod nisi ego meo adventu illius conatus aliquantum repressissem; Verr. II, 64. reprimebat .. tibi et imperandi vim et rogandi conatum praeclara illa ... cybaea; ib. V, 59. quod eorum conatus impios et furorem conscelleratum repressi; Sulla 29. ego tectus praesidio firmo amicorum Catilinae tum et Autronii copias et conatum repressi; Sulla 51. qui horum impetus et conatus represserunt; Sest. 139. cuius illi conatus ... nec cuperent reprimere || reprimere possent || .. et, si vellent, fortasse vix possent frangere hominis ... corroboratam iam vetustate audaciam; Milo 32.

copias: ipse ille C. Marius ... influentis in Italiam Gallorum maximas copias repressit; prov. cons. 32. ſ. conatum; Sulla 51.

consilia: cum multi principes ... tuorum con-

siliorum reprimendorum causa profugerunt; Catil. I, 7.

consuetudinem: quam facile serpat iniuria et peccandi consuetudo, quam non facile reprimatur videte! Verr. II, 53.

famam: hanc .. pro tua singulari sapientia reprime famam! Phil. XI, 23.

furorem: furor eius paululum ... metu ac timore repressus est; Verr. IV, 41. qui aliqua ex parte eius furorem exsultantem repressit; Sest. 95. quae leges saepe numero tribunicios furores debilitarunt et represserunt; Vatin. 18. ſ. conatum; Sulla 29.

impetus: cuius adventu ipso ... impetus hostium repressos esse intellegunt ac retardatos; imp. Pomp. 13. ſ. conatum; Sest. 139.

impudentiam: putavi mihi reprimendam esse P. Clodii impudicam impudentiam; har. resp. 1.

iniuriam: ſ. consuetudinem.

memoriam: audetisne excitare tanti flagitii memoriam ... repressam vetustate? Cael. 71.

mentis: vos hoc iudicio omnium bonorum mentis confirmare, ius proborum reprimere potestis; Sest. 147.

nationes: nationes eas ... ita ab eodem esse ... repressas; prov. cons. 30.

odium: vix homines odium suum a corpore eius impuro atque infando represserunt; Sest. 117.

pestem: intellego hanc rei publicae pestem paulisper reprimi; Catil. I, 30.

regem: quem (regem) L. Murena ... repressum magna ex parte, non oppressum reliquit; Muren. 32.

regnum: quo in magistratu non institutum est videlicet a me regnum, sed repressum; Sulla 21.

vim: ſ. conatum; Verr. V, 59.

repromissio, Gegenverſprechen: I. initium: initium repromissionis spectare debemus; Qu. Rosc. 39.

II. post: si .. planum facio ... post repromissionem recentem hanc Fannii IIS CCCIↃↃↃ Fannium a Q. Flavio ... abstulisse; Qu. Rosc. 39.

sine: si .. sine cautione et repromissione nihilo minus id Fannius societati ... debebat; Qu. Rosc. 56.

repromitto, Gegenverſprechen leiſten, dagegen verſprechen: I, 1. unperſönlich: quantum aequius ... sit dari repromittique; Qu. Rosc. 12.

2. alqs: repromittis tu abhinc triennium Roscio; Qu. Rosc. 37.

II. acc. c. inf.: ſ. III. alqd.

III. alqd: hoc vobis repromitto, ... mihi neque in consiliis de re publica capiendis diligentiam ... defuturam; Quir. 24.

partem: at ... hoc tibi veniat in mentem, repromisisse Fannium Roscio ... eius partem dimidiam; Qu. Rosc. 39.

repudiatio, Zurückweiſung: sin autem ... repudiatio supplicum superbiam ... coarguit; Muren. 9.

repudio, verſchmähen, verſtoßen, zurückweiſen, verwerfen: I. alqs: defers ad Pergamenos, ut illi reciperent in suas litteras publicas praeclaras proscriptiones et emptiones tuas: repudiant, reiciunt; Flacc. 74. orions incendium qui restinguerent, summos viros misimus; repudiasti; Phil. XIII, 48.

aures: quis te tum audiret illorum aut quid diceres? sequestremne Plancium? respuerent aures, ... repudiarent; Planc. 44.

II. alqm: ab ipso repudiatus ... quem praeter te appellet habet neminem; Quinct. 98. neque fere umquam venit in contentionem de accusando, qui quaestor fuisset, quin repudiaretur; div. Caec. 62. quorum nemo propter indignitatem repudiatus est; ib. 63. ab eis, quos repudias, exigis tantum pecuniae; Verr. III, 173. cum quidam ex illius amicis commonerent oportere decerni, maximo clamore esse ... repudiatos; ib. IV, 141. a quo repudiatus ad sodalem tuum ... demigrasti; Catil. I, 19. aut hostem aut patris imperium timuisse aut a parente repudiatus videretur; Muren. 11. nos hunc vivum ... repudiabimus ‖ repudiamus ‖? Arch. 19. Sulla, ... credo, hunc petentem repudiasset; ib. 25. quocumque venit, repudiatus convictusque discessit; dom. 50. cum vestris precibus ab latrone illo repudiati estis; Sest. 26. Seplasia ... te ut primum aspexit, Campanum consulem repudiavit; Piso 24. a qua (Gallia) expulsus et repudiatus est; Phil. VII, 25. ipse est potius repudiandus ‖ ipsi est potius renuntiandum ‖; ib. VIII, 24. ſ. accusatorem.

alqd: quae mea summa voluntate senatus frequens repudiavit; Muren. 47. haec ... in periculo .. et in pernicie civium repudientur; Muren. 59. est ridiculum ... ea, quae depravari nullo modo possunt, repudiare; Arch. 8. ne populo necesse sit in coniunctis rebus compluribus aut id, quod nolit, accipere, aut id, quod velit, repudiare; dom. 53. quod ille si repudiasset; Sest. 62. quae ego omnia ... obstinatione quadam sententiae repudiavi; prov. cons. 41. haec non delata solum, sed paene credita, nec ante repudiata sunt quam quaesita; Milo 64. neve id prius, quam quale sit explicaro, repudietis; Phil. VII, 8. hoc contempsit, reiecit, repudiavit Antonius; ib. VIII, 17.

accusatorem: hanc unam ob causam te [accusatorem] repudiari putarem oportere; div. Caec. 61.

adiutorem: ille adiutorem servum contra dominum repudiavit; Deiot. 31.

agrum: cum orbis terrae distributionem atque illum ipsum agrum Campanum animis, manibus, vocibus re*pudiaristis;* Rabir. 32.

amicitias: noli mirari te id, quod tua dignitas postularit, repudiandis gratiosorum amicitiis non esse adsecutum; Planc. 46.

animum: tu continentiam, tu industriam, tu animum in rem publicam, tu virtutem, tu innocentiam, tu fidem, tu labores tuos ... fractos esse et abiectos et repudiatos putas? Planc. 9.

scriptores: conlegas suos scriptores legis agrariae non repudiabit; leg. agr. II, 22.

auctoritatem: cum tuam auctoritatem tute ipse edicto provinciali repudiabas; Verr. I, 112. a quo M. Marcelli tutoris in causa pupilli Iunii et oratio et voluntas et auctoritas repudiata est; ib. 53. quid igitur est quod ... intellegi velim? ... auctoritatem superiorem repudiatam? ib. III, 39. quod ... omnium superiorum auctoritatem repudiarit; ib. 48. cum ... Italiae totius auctoritas repudiaretur; Sest. 35.

audaciam: omnis .. audacia gladiatoris amentis auctoritate nostra repudianda est; Phil. V, 10.

causam: si hominis ... populi Romani ornamentis amplissimi causam tanti periculi repudiassem; Muren. 8. qui causis ponderandis omnis fere repudiatis; Planc. 84.

censum: ut ... res ipsa illum censum repudiaret; Verr. II, 138.

colonos: a Poenis admixto Afrorum genere Sardi non deducti in Sardiniam atque ibi constituti, sed amendati et repudiati coloni; Scaur. 42.

concitationem: potuit illa concitatio multitudinis ... repudiari? Cluent. 136.

condicionem: condicionem aequissimam re-

pudiet; Quinct. 46. is .. queritur condiciones suas repudiatas; Phil. XIII, 37.

conlegas: ſ. ascriptores.

consilium: eorum optimum consilium ego potissimum ... meo consilio repudiarem? dom. 9.

consulem: ſ. alqm; Piso 24.

continentiam: ſ. animum.

custodem: fides mea custodem repudiat; div. Caec. 51.

decreta: cuius (Italiae) idem tu superbissime decreta et preces repudiasti; Piso 64.

defensorem: hunc ... defensorem populus Romanus auctore te repudiare potest? Fr. B. VIII, 6.

distributionem: ſ. agrum.

fidem: ſ. animum.

gloriam: est [levis] animi lucem splendoremque fugientis iustam gloriam ... repudiare; Piso 57.

industriam, innocentiam; ſ. animum.

insignia: pro triumpho ceterisque laudis insignibus, quae sunt a me propter urbis vestraeque salutis custodiam repudiata, nihil ... postulo; Catil. IV, 23.

invidiam: falsa invidia ... ab ingeniis prudentium repudietur; Cluent. 5.

iudicia: quae (iudicia) ... ab iuratis iudicibus repudiari ... videatis; Cluent. 122.

ius: quibus in rebus non solum hominum iura, sed etiam deorum immortalium religiones omnis repudiavit; Verr. II, 126. proponam ius ... aequum, quod M. Antonium non arbitror repudiaturum; Phil. I, 27.

labores: ſ. animum.

lacrimas: quo voltu cincinnatus ganeo non solum civium lacrimas, verum etiam patriae preces repudiavit! sen. 12. qua tum superbia caenum illud ac labes amplissimi ordinis preces et clarissimorum civium lacrimas repudiavit! Sest. 26.

legationem: Ser. Sulpicio repudiatae reiectaeque legationis ab Antonio manebit testificatio sempiterna; Phil. IX, 15.

legem: huius audaciae ... fidelissimos socios ... scitote ... addictos fuisse ... tota Hieronica lege ... reiecta et repudiata; Verr. III, 24. totam quaestionem illam et legem repudiavit; Cluent. 137. illam (legem) ... repudiabat; Fr. B. VI, 19.

nobilitatem: numquam .. fere nobilitas ... a populo Romano supplex repudiata est; Planc. 50.

nomen: quamvis ingrate et impie necessitudinis nomen repudiaretis; Deiot. 30.

nuntios: qui pacis nuntios repudiavit; Phil. XII, 11.

obsecrationem: cavete ne periculosum ... sit eius vos obsecrationem repudiare; Font. 48.

officium: ut aut causa mihi suscipienda fuerit aut officium necessitudinis repudiandum; div. Caec. 14.

orationem: dolui non modo pacem, sed etiam orationem civium pacem flagitantium repudiari; Marcell. 14. ſ. auctoritatem; Verr. I, 153.

pacem: ausus sum dicere, pacem ipsam si adferrent ... repudiandam; Phil. XII, 17. ſ. orationem.

partem: quod eam partem legis tuae ... non repudiavit; har. resp. 29.

pecunias: qui tantas et tam infinitas pecunias non propter inertiam laboris ... repudiarit; Qu. Rosc. 24.

praedia: haec praedia etiam in censum dedicavisti, ... mitto quod a Pergamenis repudiata; Flacc. 79.

preces: cuius vota et preces a vestris mentibus repudiare debetis; Cluent. 201. licuit tibi ferre non legem, sed nefarium privilegium, ... totius Italiae precibus repudiatis? dom. 26. ſ. decreta. lacrimas.

proscriptiones: isti .. [Pergameni] proscriptiones, quas tu adferebas, repudiaverunt; Fiacc. 76.

provinciam: quam (provinciam) item magno animo et constanti C. Cestius repudiavit; Phil. III, 26.

quaestionem: ſ. legem; Cluent. 137.

reditum: hunc ego reditum repudiarem, qui ita florens fuit? Sest. 128.

religiones: ſ. iura.

rem: an potuit rem delatam eius modi repudiare? Cluent. 136. ut rem ipsam repudiare ... deberem; dom. 7. quibus rebus omnium mortalium non voluntate, sed convicio repudiatis, fregerisne in carcere cervices? Vatin. 26.

reprehensionem: esset omnis eius modi reprehensio a vobis .. repudianda; Balb. 7.

sensum: an ego poteram ... infitiari me esse hominem et communem naturae sensum repudiare? dom. 97.

sententiam: intellego .. a nobis hanc sententiam repudiari; Phil. VI, 3.

servum: ſ. adiutorem.

studium: si ... studium erga hunc ordinem repudiaro; prov. cons. 39.

suasores: Antonium, repudiatis malis suasoribus, ... ad auctoritatem senatus esse rediturum; Phil. I, 8.

tarditatem: legatorum tarditas repudianda est; Phil. V, 33.

testimonia: hoc ipso argumento cetera testimonia repudiare debetis; Fr. A. III. 4.

triumphum: ſ. insignia. — virtutem: ſ. animum.

voluntatem: eorum ego voluntatem omnium repudiavi; Verr. I, 98. ſ. auctoritatem.

repugnantia, Widerſpruch: quia tantam rerum repugnantiam non vides; Phil. II, 19.

repugno, dagegen kämpfen, Widerſtand leiſten, widerſtreiten, widerſprechen, entgegenſtehen: I. causa: quorum ille telis libenter in tanto luctu || [in tanto luctu] || ... [non repugnandi, sed moriendi causa] corpus obtulisset suum; Sest. 76.

II. alqs: resistere et repugnare contra veritatem non audet; Qu. Rosc. 51. cum ipsi neque repugnare neque mari effugere ullo modo possent; Verr. V, 91. neque tam multos neque repugnantis multi armati ... occidunt; Tull. 21. nisi utetur telo eo ac repugnabit; ib. 50. quod || quid || si repugnat; ib. non modo non erit cur depugnare quisquam posthac possessionis causa velit, sed ne illud quidem, cur repugnare; Caecin. 47. vos eis repugnantibus per vosmet ipsos dignitatem huic imperio ... attulistis; imp. Pomp. 64. ne repugnetis; Cluent. 6. C. Flavius Pusio, Cn. Titinius, C. Maccenas, illa robora populi Romani, ... apertissime repugnarunt; ib. 153. resistam atque repugnabo; leg. agr. III, 15. cum ... ego ... omnibus dictis atque factis repugnarim et restiterim crudelitati; Rabir. 15. id quod ego multis repugnantibus egi atque perfeci; Muren. 79. si quae sibi alia sumunt, non repugno; Flacc. 9. Septimio et Caelio testibus P. Servilius et P. Metellus huius pudoris integritatisque testes repugnabant; ib. 100. cui dignitati vestrae repugno? Sulla 50. ego mihi nihil adsumo, in quo quispiam repugnet; ib. 84. quae si tu interpretaris de nostris aedibus ... scripta esse, non repugno; dom. 128. hunc vir clarissimus mihique multis repugnantibus amicissimus, Cn. Pompeius, ... devinxerat; Sest. 15. „restitisses, repugnasses“; ib

45. princeps P. Lentulus, Pisone et Gabinio repugnantibus, causam suscepit; ib. 70. num repugnavit? ib. 80. fecit me mehercule invito et multum repugnante; Cael. 76. ego eius opinioni non repugno; Rab. Post. 2. „obstabat in spe consulatus Miloni Clodius“. at eo repugnante fiebat; Milo 34. quam (misericordiam) ... ego etiam repugnante hoc et implore et exposco; ib. 92. missi legati repugnante me, sed tamen missi; Phil. XII, 11. quae cum agam in consilio nullis ... repugnantibus; ib. 28. [me ... invito et repugnante legati missi tres consulares; ib. XIII, 20.

amici: amicissimi vestri ... honori vestro repugnabant; Sulla 49.

auctoritas: qui meum inimicum repugnante vestra auctoritate texerunt; prov. cons. 47.

boni: repugnabant boni; 103.

homo; [nec homo] nec reus || nec res || miserricordiae meae repugnavit; Sulla 20.

religio: eius iracundiae religio non numquam repugnabat; Flacc. 11.

res: ut res maxime inter se repugnantis dicendi facultate coninngerent; Cael. 41.

reus: ſ. homo.

robora: ſ. alqs; Cluent. 153.

senatus: quos ... repugnante senatu tibi tute legasti; Sest 33.

testes: ſ. alqs; Flacc. 100.

repulsa, Zurückweiſung, Zurückſetzung: I, accipio: qui duabus aedilitatis acceptis repulsis septiens consul est factus; Planc. 51.

conligo: quid ego aedilicias repulsas conligo? quae saepe eius modi habitae sunt ..; Planc. 52.

duco: ut repulsam tuam triumphum suum duxerint; Vatin. 39.

fero: nec quicquam illis comitiis ... nisi repulsam tulit; Sest. 114. huius comitiis C. frater ... iam repulsam tulit; Phil. VIII, 27. ut .. praestantissimus vir ... repulsam tulisse videatur; ib. XI, 19.

habeo: ſ. conligo.

praedico: avus .. tuus .. P. Nasicae tibi aedilicium praedicaret repulsam; Planc. 51.

II. praenuntia: non placet mihi inquisitio candidati, praenuntia repulsae; Muren. 44.

III. sine: qui sine repulsa consules facti sunt; leg. agr. II, 3. sine repulsa (eos consules) non esse factos; ib. is mihi etiam gloriatur || gloriabatur, gloriabitur || se omnis magistratus sine repulsa adsecutum? Piso 2. vidit .. pater tuus Appium Claudium ... sine repulsa factum esse consulem? Planc. 51.

reputo, berechnen, erwägen: I. acc. c. inf.: illud est hominis magni, ... non se reputare solum esse neque sibi quodcumque concupierit licere; Cluent. 159.

II. alqd: multa mecum ipse reputavi; sen. 32. haec ille reputans ... non succenset; Deiot. 38.

requies, Erholung: quantum ceteris ... ad ipsam requiem animi et corporis conceditur temporum; Arch. 13.

requiesco, ruhen, ſich erholen: I. invitatio, hortatio ad: aderat et hospitum invitatio liberalis pro dignitate summi viri et eorum hortatio, qui una erant missi, ad requiescendum; Phil. IX, 6.

II. alqs: ut ... nullam partem noctis requiesceret; Sex. Rosc. 97. ut requiescerem; Verr. IV, 37. qui ... in huius spe requiescit; Cael. 79. nisi forte ... ea Cn. Pompeium, neque, cum requiesceret, litterae, neque ... regiones ipsae docere potuerunt; Balb. 15.

veterani: Caesar .. annis multis minor veteranos cupientis iam requiescere armavit; Phil. V, 44.

Fragment: nisi eorum exitio non requieturam; Fr. B. XII, 3.

requiro, ſuchen, fragen, forſchen, unterſuchen, befragen, verlangen, bedürfen, vermiſſen: I. **abſolut:** I. unperſönlich: latitat omnino, sed si requiri iusseris, invenient hominem apud sororem tuam occultantem se; dom. 83.

2. alqs: cum perororo, tum, si quid erit praeteritum, [animo] requiratis; Cluent. 6. ex te ipsa requiro; Cael. 50. quas tribus tu tulisti, si iam ex te requiram, possis quorum studio tuleris explicare; Planc. 48.

II. **mit indirecter Frage:** L. Domitium praetorem ... admiratum requisisse, quis eum (aprum) percussisset; Verr. V, 7. requiretur, ... quem ad modum ... reliquum possit esse bellum; imp. Pomp. 22. tantum a Trallianis requiro, quam pecuniam a se ablatam querantur, suamne dicant? Flacc. 55. quid quisque nostrum de se ipse loquatur non est sane requirendum; Vatin. 9. requiram, dixeritne Clodiae *quam ad rem aurum tum sumeret an non dixerit;* Cael. 52. ex quibus requiram, quem ad modum latuerint aut ubi; ib. 67. cur tibi nomen non deferrem requirebas; Piso 82. qui abs te taciti requirunt cur sibi hoc oneris imposueris; Planc. 46. de te tantum requiro, ntrum putes odium in me mediocre inimicorum fuisse ..; ib 71. sin est aliqua vis in istis verbis, ea quae sit augur a conlega requiro; Phil. II, 84. ſ. III. alqd.

III. **mit Object:** alqm: ille requisisse etiam dicitur Archimedem illum; Verr. IV, 131. nihil erit, quam ob rem ille ... requiratur; Font. 25. ora maritima .. Cn. Pompeium ... requisivit; imp. Pomp. 67. cur ... Staienum iudicem qui pecuniam dederant non requirebant? Cluent. 83. quem curia magis requisivit? Sest. 128. idem postea praemandatis requisitus; Planc. 31. hos requirebamus; Ligar. 33.

alqd: illud .. requisivi, qua ratione ex tot creditoribus nemo ... idem fecerit; Quinct. 88. nunc .. id ... requiro, quam ob rem ... HS CCCIↃↃↃ separatim Fannio dissolverit; Qu. Rosc. 40. quo tempore aliquid a me requirerent; div. Caec. 2. populus Romanus ... nihil aeque in re publica atque illam veterem iudiciorum vim gravitatemque requirit; ib. 8. nihil de suis veteribus ornamentis requiret; ib. 71. quae ornamenti causa fuerunt, non requirit; Verr. IV, 18. iste omnia, quae requisivit, non ut conservaret, verum ut asportaret, requisivit; Verr. IV, 131. quod maxime requiri intellego; Cluent. 9. illud a te homine vaesano ac furioso requiro, quae te tanta poena tuorum scelerum ... vexet; dom. 3. quo quidem in crimine primum illud requiram, dixeritne Clodiae ..; Cael. 52. hic primum illud requiro, quid attinuerit fieri in eum locum constitutum; ib. 61. cum ... alii fortasse aliquid requirent, idque vel maximum ..; Marcell. 29.

accusationem: ut ... nullum esset in quo quisquam vestrum perpetuam accusationem requireret; Verr. I, 29.

amicum: cum experrecta tandem virtus clarissimi viri celeriter et verum amicum et optime meritum civem et suum pristinum morem requisivit; Piso 27.

artem: virtus, probitas, integritas in candidato, non linguae volubilitas, non ars, non scientia requiri solet; Planc. 62.

auspicia: qua condicione auspicia requirebant; prov. cons. 46.

auxilium: neque ullum adventicium auxilium requiratur; Verr. IV, 81. omnes .. cives Romani ... vestrum auxilium requirunt; Verr. V, 172. Sulla ... nullum auxilium requisivit; Sulla 15. nemo consuetudinem meam, nemo humanitatem, nemo consilium, nemo auxilium requirebat; Vatin. 8.

bona: quae (bona) non numquam requirimus, ea sunt omnia non a natura, verum a magistro; Muren. 61.

causam: Roscio cur tanti fuerint (HS ɪɔɔɔ) causam requiro; Qu. Rosc. 22. non magno opere causas requiram; Verr. V, 141.

census: census nostros requiris scilicet; Arch. 11.

civem: civem, qui se pro patriae salute opponat invidiae frustra posthac requiretis; har. resp. 60. ſ. amicum.

consilium: nos in impetu studiorum ... modum aliquem et consilium et rationem requiremus? Planc. 13. ſ. auxilium; Vatin. 8.

constantiam: in quibus (orationibus) forsitan magis requiratur constantia; Cluent. 141.

consuetudinem: qui (oculi) ... consuetudinem fori et pristinum morem iudiciorum requirunt; Milo 1. ſ. auxilium; Vatin. 8.

crimen: crimen, quod versetur in iudicio, requirat; Cael. 1.

custodes: cuius legis ... a populo Romano ... severi custodes requiruntur; div. Caec. 18.

diligentiam: in quo .. praetoris est diligentia requirenda? Flacc. 32. an pudor, an integritas, an religio in eo, an diligentia umquam requisita est? Balb. 9.

disciplinam, domum: non requirebat ille Cupido lenonis domum ac meretriciam disciplinam; Verr. IV, 7.

eloquentiam: ut neque mea ... neque cuiusquam ad inflammandos vestros animos eloquentia requiratur; Verr. V, 159. quae (tempora) istam eloquentiam et virtutem requirebant; Planc. 13.

fidem: quorum utrumque ‖ utrorumque ‖ aetas laborem et industriam meam, fidem et misericordiam vestram requirebat; Verr. V, 129.

fundum: Tiburtem fundum requirebat; Cluent. 141.

genus: necesse est ... aliud genus hominum atque aliam rationem requirat iudiciorum ‖ iudiciorum req. ‖; Verr. I, 22. cum populus Romanus aliud genus hominum atque alium ordinem ad res iudicandas requirit; ib. V, 177.

gravitatem: ſ. alqd; div. Caec. 8.

hominem: nihil erit, quam ob rem ille nescio quis sapiens homo ac multarum rerum peritus ad res iudicandas requiratur; Font. 25.

humanitatem: ſ. auxilium; Vatin. 8.

ingenium: qui locus ingenium patroni requirit; Sex. Rosc. 34. nihil est ... quod excellens ingenium requiratur; Caecin. 5.

industriam: ſ. fidem.

instituta: qui ... instituta bonorum virorum requiramus; Quinct. 55.

integritatem: ſ. artem. diligentiam.

interpretes: alii interpretes religionum requirendi (erunt); dom. 2.

laborem: ſ. fidem.

libertatem: tamenne libertatem requires meam? Planc. 93. quam (libertatem) tu in me requiris; ib. 94.

litteras: quas (litteras) easdem mulieri a me datas apud Pataranos requisivit; Flacc. 78.

misericordiam: qui nostram misericordiam non requirunt; Milo 92. ſ. fidem.

modum: ſ. consilium.

monumenta: cur M. Tullius P. Africani monumenta requirit? Verr. IV, 79.

morem: ſ. amicum. consuetudinem.

numerum: quod homines in conventu ... nimium diligentes praedonum numerum requirebant; Verr. V, 157.

officium: abs te officium tuo ‖ tuum ‖ debitum generi ... requiro; Verr. IV, 79.

operam: quod (iudicium) ... non honorariam operam amici, sed severitatem iudicis ac vim requirit; Caecin. 6.

ordinem: ſ. genus.

ornamenta: et pacis ornamenta et subsidia belli requiretis; imp. Pomp. 6.

potestatem: neque .. ullam aliam ob causam populus Romanus tribuniciam potestatem tanto studio requisivit; Verr. a. pr. 44.

probitatem: ſ. artem.

profectionem: profectio ipsius pecuniae requiratur; Cluent. 82.

pudorem: ſ. diligentiam.

rationem: ſ. consilium. genus.

religionem: Agrigentini ... religionem domesticam ... requirebant; Verr. IV, 93. an religio in eo ... requisita est? Balb. 9. ſ. diligentiam.

sapientiam: quam (sapientiam) non nulli in me requirebant; dom. 97.

scientiam: ſ. artem.

severitatem: veterem iudiciorum severitatem non requiro; Verr. III, 146. ſ. operam.

studium: si neque amici in foro requirunt studium meum neque res publica in curia; Sulla 26.

subsidia: ſ. ornamenta.

testimonium: num quis in Verrem L. Metelli testimonium requirit? Verr. III, 123.

vim: ſ. alqd; div. Caec. 8. operam.

virtutem: non solum militaris illa virtus, ... sed aliae quoque virtutes animi magnae et multae requiruntur; imp. Pomp. 64. ſ. artem. eloquentiam.

vocem: quarum vocem requiro; Phil. I, 15.

volubilitatem: ſ. artem.

urbis: urbes .. locupletes et copiosae requiruntur; imp. Pomp. 65.

res, Sache, Gegenſtand, Weſen, Ding, Begebenheit, Angelegenheit, Umſtand, Handlung, Lage, That, Verhältniß, Wirklichkeit, Wahrheit, Mittel, Intereſſe, Urſache, Grund, Geſchäft, Ausgang, Verlauf, Vermögen: I. **abſolut:** 1. **Subject:** abhorret: res non modo non abhorrens a consuetudine, sed usitata etiam et valde pervagata; Scaur. 33. etsi a veritate longe, tamen a consuetudine criminandi non multum res abhorrebat; Deiot. 17.

abit: si res abiret ab eo mancipe; Verr. I, 141. ne res abiret ab Apronio; ib. III, 148.

absunt: quod eae res abessent; Verr. IV, 140.

accidit: si res aliter acciderit; Verr. V, 173.

adfert: neque .. tibi haec res adfert dolorem, sed quandam incredibilem voluptatem; Catil. I, 25. ut ... ea .. res vobis populoque Romano pacem, tranquillitatem, otium concordiamque adferat; Muren. 1. mihine maiorem hae res dolorem quam Q. Hortensio, mihine maius odium adferre debent? Sulla 3. res .. gestae .. meae me nimis extulerunt ac mihi nescio quos spiritus attulerunt; ib. 27. si tuae res gestae ceterorum laudibus obscuritatem attulerunt; Deiot. 12. nulla res ei finem caedendi nisi defatigatio et satietas attulisset; Phil. V, 20.

admonet: nonne res ipsa vos admonet? Verr II, 145.

augent: alterius res ... vehementer et opes regis et nomen auxerunt; Muren. 33.

calet: postea quam satis calere res Rubrio visa est; Verr. I, 66.

coepit: res esse in vadimonium coepit; Quinct. 22. res percrebruit et in ore atque sermone omnium coepit esse; Verr. II, 56. res ... sacerdotum testimonio perspicua esse coepit; ib. IV, 100. res eos iam pridem, fides, nuper deficere coepit; Catil. II, 10.

cogit: res ipsa ... cogere videtur; Quinct. 91. quae res eum nocte una tantum itineris contendere coëgit? Sex. Rosc. 97. dum ... res .. ipsa cogebat; ib. 139. cum verba nos eo ducunt tum res ipsa hoc sentire atque intellegere cogit; Caecin. 89. sicuti res ipsa cogit; leg. agr. III, 10. ea .. res || ista .. res, ita .. res || illum fortem ... virum a gravitate patrum deseiscere coëgit; har. resp. 43.

commendat: cum eum ... nulla res commendaret, ... non scientia rei militaris; sen. 13.

commovet: neque .. magis animos hominum nocentium res umquam ulla commovit; div. Caec. 67. vehementer me haec res commovebat; Verr. a. pr. 20. si res ipsa ... non (te) commovebat; ib. I, 144. cum ista res nihil commovisset eius animum; Ligar. 28.

compellit: „nondum res ipsa ad eius modi praesidia viros bonos compellebat“; Sest. 84.

complectuntur: omnium salutem civium cunctamque rem publicam res tuae gestae complexae sunt; Marcell. 25.

comprobat: quae (maiorum instituta) res ipsa ... comprobat; Muren. 75.

conflat: quod .. ab accusatoribus eius rei, quae conflavit hoc iudicium, mentio facta non est; Sex. Rosc. 3.

coniungit: istos inter se perbrevi tempore non res ... coniunxit; Verr. III, 22.

consistit: quorum gratia in suffragiis consistit, ... res familiaris in pace; leg. agr. II, 102.

consolatur: quo in negotio .. illa res me || sua me res || .. consolatur; div. Caec. 5. in hac difficultate illa me res .. consolatur; Cluent. 3.

continet: quae res totum iudicium contineat et quibus de rebus nos dicere oporteat ... intellegetis; Sex. Rosc. 34.

convenit: res convenire nullo modo poterat; Quinct. 21. addebant ... rem conventuram; Phil. I, 8.

crescit: memoria vestra .. res nostrae alentur, sermonibus crescent, litterarum monumentis inveterascent et corroborabuntur; Catil. III, 26. quae (res) .. rumore non nullo ... creverat; Muren. 37.

dat: quod mihi ... res .. manifesta dat; Sex. Rosc. 97.

debet: utrum ea res ad opem an ad calamitatem clientium ... valere debebat? Verr. IV, 89. quorum ipsorum per se res et fortunae vobis curae esse debent; imp. Pomp. 17. qua (re publica) nulla res cuiquam potior debet esse; Muren. 86. sin illa res prima valuit, num inveterata quam recens debuit esse gravior? Sulla 81. ſ. adfert; Sulla 3.

declarat: res declarabit, ut cupierint; Verr. II, 157. quod ipsa res declaravit; ib. IV, 63. illa res quantam declarat eiusdem hominis apud hostis populi Romani auctoritatem! imp. Pomp. 46. ut res ipsa declaravit; Cluent. 47. quando quidem || quoniam quidem || ... actum esse per vires primarios res ipsa declarat; Flacc. 68. me dicere quae Gaditani iudicarint res ipsa declarat; Balb. 41. magnam .. esse partem sine fide ... res ipsa declarat; Scaur. 44. res declarat; Phil. XII, 34.

defendit: res .. se ipsa defendit; Cluent. 168.

deficit: ſ. coepit; Catil. II, 10.

dehortatur: res ipsa et rei publicae tempus ... alium quempiam aut incitabit aut dehortabitur; Piso 94.

delectat: quod eum minime res tota delectat; div. Caec. 24. res familiaris sua quemque delectat; Quir. 3.

differt: proinde quasi ... ea res, quam ego dico, et ea, quam tu fecisti, inter se genere iniuriae ... differat; Verr. III, 203.

effert: quae res extulit eum? Qu. Rosc. 31. impolitae .. res et asperae || crudae, acerbae || si erunt relictae, quamquam sunt accisae, tamen efferent se aliquando et ad renovandum bellum revirescent; prov. cons. 34. ſ. adfert; Sulla 27.

est, sunt: erat ei pecuaria res ampla et rustica sane bene culta et fructuosa; Quinct. 12. ubi non modo res erat, sed ratio quoque omnis; ib. 38. res .. nova atque inaudita; ib. 56. fit rebus omnibus integris; ib. 67. quae res ea est? Sex. Rosc. 6. Ameriam re inorata reverterunt; ib. 26. tres sunt res; ib. 35. tecum .. mihi res est; ib. 84. cui [res] ... fuit semper; Qu. Rosc. 14. „res erat manifesta“; ib. 26. quasi res dubia ... sit; div. Caec. 14. ut nullam sibi rem adiumento fore arbitraretur; Verr. a. pr. 10. nulla res per triennium nisi ad nutum istius iudicata est, nulla res cuiusquam tam patria ... fuit, quae non ab eo imperio istius abiudicaretur; ib. 13. res omnis mihi tecum erit; ib. 33. mihi rem tecum esse; ib. 34. huius modi haec res || haec huius modi res || est; ib. 37. quae (res) ... tam scelerata ... est; ib. I, 108. recenti re de Mustio auditum est; ib. V. 139. ubi illa consuetudo in bonis ... vendundis omnium consulum, ... ut optima condicione sit is, cuia res, cuium periculum; ib. 142. si aliena res esset; ib. 150. mihi .. nova res est; ib. II, 26. eiusdem modi omnis res iudicaria fuit; ib. 31. erat in sermone res; ib. 35. rem esse praeclaram, refertam omnibus rebus; ib. 36. multo .. rem turpiorem fore et iniquiorem visum iri intellegebant; ib. 42. recens [..] erat illa res ... de Heraclio Syracusano; ib. 53. cum isti etiam tum de Sthenio in integro tota res esset; ib. 97. cum tibi in integro tota res esset; ib. 98. quae res iniquissima atque acerbissima est; ib. 109. quae res evertendae rei publicae solerent esse; ib. 132. magna res est, utrum tibi Siculos publice privatimque amicos an inimicos existimari velis; ib. 155. ne ea res C. Verri fraudi esse posset; ib. 173. ut res quam maxime clara ac testata esse posset; ib. 187. eas .. res novas abs te prolatas et inventas magno tibi quaestui fuisse scio; ib. III, 16. ne is redimeret, cuia res esset; ib. utrum est aequius ... iudicium integra re an perdita fieri? ib. 27. ego rem totam ... istius fuisse dico; ib. 50. clara res est; ib. 61. cuia res erat; ib. 68. tuas esse partis, tuam rem; ib. 131. nisi rem tam notam esse omnibus et tam manifestam videres; ib. 134. manifesta res est || erat ||; ib. 136. exspectant omnes quantae tibi ea res curae sit; ib. 137. si qua res maior esset; ib. non .. ita res est ut ... plus arator debeat; ib. 147. tuam rem illam et praedam fuisse; ib. 149. simul una res utrique rei est argumento; ib. 53. nulla res est quam ob rem ego istum nolim ex paternis probris ... emergere; ib. 162. totae .. res rusticae eius modi sunt; ib. 227. nemo quaereret quanti illa res esset; ib. IV, 28. non .. parum res erat clara; ib. 29. rem nihilo minus testatam futuram; ib. res clara Sicilia tota; ib. 41. rem claram esse et invidiosam; ib. dignam rem esse regno Syriae; ib. 65. sin hoc vos in rege tam nobili, re tam eximia ... neglexisse audient; ib. 68. ut nullius res tuta ... contra

secundo, zweitens: equidem primum ut honore dignus essem, maxime semper laboravi; secundo ut existimarer; Planc. 50.

secundum, gemäß, nach, zu Gunſten: instituo: qui erat institutus secundum filiam; Verr. I, 105.

iudico: quo minus secundum illum iudicetis non recuso; Qu. Rosc. 2. satis etiam iudici fecisse videar cur secundum Roscium iudicari debeat; ib. 14. quem nos non minus bene de nobis existimare quam secundum nos iudicare velimus; ib. 15. ut ... nec cogat ante horam decimam de absente secundum praesentem iudicare; Verr. II, 41. ut ... nulla dubitatio sit, ... quin secundum nos iudicetis; Caecin. 90. quod is ... mea domo iudicio pontificum liberata secundum fratrem suum iudicatum esse dicebat; har. resp. 31.

quaero: secundum ea quaero servarisne in eo fidem? Vatin. 15.

II. iudicium facio: quod .. iudicium secundum Heraclium de compromisso factum erat; Verr. II, 66.

litem do: quo minus secundum eas (tabulas) lis detur non recusamus; Qu. Rosc. 3.

possessionem do: ita secundum eum possessio daretur; Verr. I, 114. SECUNDUM TABULAS TESTAMENTI POTISSIMUM POSSESSIONEM DABO; ib. 117. scio te ... possessiones hereditatum non secundum eos, qui proferrent, sed secundum eos, qui dicerent testamentum factum, dedisse; ib. III, 16.

sententiam dico: qui cum sententiam secundum Plotium se dicturum ostenderet; Flacc. 50.

III. zum Satz: „ita secundum Kalendas Ianuarias et praetore et prope toto consilio commutato magnas accusatoris minas ... eludemus“; Verr. a. pr. 30. secundum quos (ludos) aut nulli aut perpauci dies ad agendum futuri sunt; ib. 31. tua ratio est ut secundum binos ludos mihi respondere incipias; ib. 34.

secundus, folgende, nächſte, zweite, günſtig, glücklich: alqd: quaeris num (Plancius) disertus sit? immo, id quod secundum est, ne sibi quidem videtur; Planc. 62. optatissimum est vincere; secundum est nullum casum pro ... libertate patriae non ferendum putare; Phil. XIII, 49.

annus: anno secundo cum emisset Apronius decumas tritici modium ⅩⅩⅤDCCC; Verr. III, 76. anno secundo Tissenses IIS ⅩⅩⅠ lucri dare coguntur inviti; ib. 86. ab hac eadem civitate anno secundo simili ratione extortam esse pecuniam ... cognovistis; ib. 89.

bellum: belli Punici secundi ... causa fuit Sagunti oppugnatio; Phil. V, 27.

caput: qui, quod in secundo capite scriptum est, non meminit in tertio; leg. agr. II, 26.

classis: secunda classis vocatur; Phil. II, 82.

contio: quis .. umquam tam secunda contione legem agrariam suasit quam ego dissuasi? leg. agr. II, 101.

cursus: si nihil est homini magis optandum quam prospera ... fortuna secundo vitae sine ulla offensione cursu; Quir. 2.

dies: Roma egreditur ante diem III Kalend. Februarias; Quinct. 24.

fortuna: si nullam religionem sors habebit, nullam societatem coniunctio secundae dubiaeque fortunae; Verr. I, 38. P. Sulla ... secundas fortunas amittere coactus est; Sulla 66. utrique horum secunda fortuna regnum est largita, adversa mortem; har. resp. 54. vos vestra secunda fortuna, Castor, non potestis sine propinquorum calamitate esse contenti? Deiot. 29. illa erat vita, illa secunda fortuna libertate esse parem ceteris, principem dignitate; Phil. I, 34.

heres: ut quivis intellegat non populo esse scriptum (edictum), sed P. Annii secundis heredibus; Verr. I, 110. scio te Romae ... edicto tuo possessiones hereditatum ... a primis heredibus ad secundos ... transtulisse; ib. III, 16. ab secundo herede nihil legat; Cluent. 33.

hora: ut ad tabulam Sestiam sibi adsint hora secunda postridie; Quinct. 25.

legio: eis militibus, qui de legione secunda ... ad C. Pansam A. Hirtium consules venissent, ... vacationem militiae ... esse placere; Phil. V, 53.

locus: maxime fuit optandum Caecinae, .. ut controversiae nihil haberet, secundo loco ut ne cum tam improbo homine ... haberet; Caecin. 23. huius industriam maxime quidem vellem ut imitarentur ei, quos oportebat; secundo autem loco, ne alterius labori inviderent; Phil. VIII, 31.

lumen: „si te secundo lumine hic offendero, moriere“; Rab. Post. 29.

ordo: qui ... ex primo ordine explosorum in secundum ordinem civitatis se venisse dicunt; Verr. III, 184.

partes: qui est secundarum aut tertiarum partium; div. Caec. 48.

proelium: hic .. adulescens ... secundum .. proelium fecit; Phil. XIV, 28.

res: quem in secundis rebus ... semper secum habuisset; Sulla 57. per quos (amicos) res eius secundae quondam erant ornatae; ib. 75. haec studia ... secundas res ornant; Arch. 16. non ... sustinet .. insolentia rerum secundarum tantam personam; Piso 24. quae (onera) .. multi homines necessarii secundis Postumi rebus discripta sustinuerunt; Rab. Post. 41. ille litteras ad te mittat de sua spe rerum secundarum; Phil. VII, 5.

ventus: cum videam navem secundis ventis cursum tenentem suum; Planc. 94.

securis, Beil, Axt, Hieb, Wunde: I. impellunt: non imperium, non secures ad iniuriam faciendam Flacci animum impulerunt; Flacc. 85.

perveniunt: cum duodecim secures in praedonum potestatem pervenerint; imp. Pomp. 32.

sunt: ne secures, ... ne sanguis innocentium ... magistratibus nostris quaestui possit esse; Verr. V, 130. quibus (hominibus) odio sunt nostrae secures; Flacc. 19.

II, 1. cruento: securis suas cruentari scelere noluit; har. resp. 35.

do: quaeret ... cur secures datae (sint); Verr. V, 22. non tibi ideirco fascis ac securis et tantam imperii vim ... datam, ut ... omnia repagula pudoris officiique perfringeres; ib. 39.

habeo: qui ... fascis et securis haberet; Verr. V, 163.

infligo: quam .. illi iudices ... graviorem potuerunt rei publicae infligere securim, quam cum illum e civitate ciecerunt ..? Planc. 70.

inicio: quam te securim putas iniecisse petitioni tuae, cum ..? Muren. 48.

mitto: mitto securis; Verr. III, 59.

praemitto: cum arma, cum securis, ... cum aquilam illam argenteam ... scirem esse praemissam; Catil. II, 13.

recordor: cum securis, cum cruces ad civium Romanorum supplicia fixas recordetur; Verr. III, 6.

2. subicio: cum miser ille securibus hospitis sui cervices subicere gestiret; Piso 83. cervices .. suas ei subiecit securi, qua ..; Phil. II, 51.

3. servo ad: eorum populorum civis ... ad eius funestam securem esse servatos? Verr. V, 123.

III, 1. acies: quod ... aciem securium tuarum ... vidisset; Verr. V, 113.

ictus: „ut uno ictu securis adferam mortem filio tuo“; Verr. V, 118.

2. periculum a: a securi negat esse ei periculum; Verr. V, 116.

IV, 1. ferire: ut quam primum securi feriantur; Verr. I, 75. custodiri ducem praedonum novo more quam securi feriri omnium exemplo magis placuit; ib. V, 68. qui securi ferirentur; ib. 71. alii ... securi feriebantur; ib. 72. ne quis suppositum abs te esse diceret qui pro archipirata securi feriretur; ib. 75. utrum tandem tibi ad defensionem firmius fore putasti, ... producere ad ignotos tanto post eum ..., an ... securi ferire? ib. ut ille archipirata non potius securi feriretur, quam ... tuo periculo viveret; ib. 78. cum ... securi cives Romani ferirentur; ib. 113. feriuntur securi; ib. 121. non ego nego securi quemquam feriri debere; ib. 133. tu, qui cives Romani esse dicerentur, ... securi ferire potuisti; ib. 136. ut securi ferirentur; ib. 156. ut ... securi ferirentur; ib. 157.

necari: cum erunt securi percussi ac necati; Verr. V, 119.

occidere: qua (securi) multi minoribus in peccatis occiderunt; Phil. II, 51.

percutere: quos partim securi percussit; Verr. I, 7. duces praedonum a se securi non esse percussos; ib. 12. qui se praesente civem Romanum securi percussum esse dixit; ib. 14. qui suum familiarem ... dixit securi esse percussum; ib. securi esse percussos homines innocentis; ib. 76. cum aliquem innocentem securi percusserat; ib. III, 156. a quo cognostis nobilissimos homines ... securi esse percussos; ib. IV, 144. qui non securi percussus sit; ib. V, 67. cum is ... archipiratam negasset securi esse percussum; ib. 73. dixit ... ideo se securi non percussisse; ib. civem Romanum securi esse percussum M. Annius ... dicit; ib. 74. cur, .. civibus Romanis ... securi statim percussis, ipsis piratis lucis usuram tam diuturnam dedisti? ib. 75. pridie, quam a me tu coactus es

confiteri, civibus Romanis securi percussis, praedonum ducem vivere, habitare apud te; ib. 77. si ille semel verus pirata securi percussus esset; ib. 79. ego .. cum Herbitensem, cum Heracliensem securi percussum esse dico ..; ib. 123. quod ... securi .. percusseris; ib. 133. qui .. socios suos ... securi percussos esse dicunt; ib. 154. qui suos libertos abs te securi percussos esse dicat; ib. qui ... securi percussus est; ib. 155. qui ... civem Romanum ... abs te securi percussum esse dixit; ib. 156. idemque tu Rabocentum, Bessicae gentis principem, ... securi percussisti; Piso 84. „securi percussos Petraeum et Menedemum ... laudastis“; Phil. XIII, 33. ſ. necari.

2. cum: mercatorem in provinciam cum imperio ac securibus misimus; Verr. IV, 8.

securus, ſorgloſ, ruhig: alqs: securus Hermippus Temnum proficiscitur; Flacc. 46.

vicinus: *vicinus nocus improbae spei eo securior, quod M. Tullius abesset, coepit inhiare;* Tull. 16.

secus, anderš: 1, l. existimo: vince ... nihil de illo umquam secus esse existimatum; Cluent. 124.

iudico: cum ... nihil esset quin secus iudicaret; Quinct. 32.

procedo: ut .., cui bene quid processerit, multum illum providisse, cui secus, nihil sensisse dicamus; Rab. Post. 1.

ohne Verb: audistis profecto dici philosophos Epicureos omnis res ... voluptate metiri: rectene an secus, nihil ad nos; Piso 68.

2. longe: quod ego longe secus existimo; Muren. 31. equidem longe secus sentio; Balb. 29. quod est longe secus; Planc. 93.

multo: quem (parentem) veretur ut deum — neque enim multo secus est parens liberis; Planc. 29. neque nunc multo secus existimo; ib. 42. fit obviam Clodio ... hora fere undecima aut non multo secus; Milo 29.

II. ac: ſ. **ac,** I. secus (5 St.) B. l, S. 27, b.

quam: neque ipsi secus existimant quam nos existimari volumus; Cluent. 133. si matrem familias secus quam matronarum sanctitas postulat nominamus; Cael. 32. quamquam ea, quae dixi, non secus dixi, quam si eius frater essem; Scaur. 37.

sed, aber, allein, jedoch, ſondern: A. ohne formellen Gegenſatz: I. allein: 1. Ausſage: sed hominem ab negotio abducere noluisti; Flacc. 92. vellem alio potius eum cupiditas gloriae detulisset, sed abiit huius tempus querellae; Cael. 74. est ille quidem valde severus, sed abhorret ... ab huius saeculi licentia; Cael. 48. sed ... multo citius meam salutem pro te abiecero quam Cn. Plancii salutem tradidero contentioni tuae; Planc. 79. sed ab urbe dierum iter afuerunt complurium; Fr. B. VI, 41. sed propius accedam; Flacc. 12. accepisset res publica plagam, sed eam, quam acceptam gemere || non gemere, al. || posset; Sest. 78. paulo sedatiore tempore est accusatus, quam lunius, sed eadem fere lege et crimine; Cluent. 103. sed ut ad sceleratorum poenam amore rei publicae sum adductus, sic ..; Sulla 87. adiit tum periculum, sed adiit ob eam causam ..; Sest. 62. sed hunc fructum mature fortuna ademit; Caecin. 12. sed haec de auspiciis ... acta sunt a te; dom. 40. sed agam moderate; Sest. 14. sed hoc totum agetur alio loco; Planc. 8. eripiet ... tibi ista populus Romanus, utinam salvis nobis! sed quoquo modo nobiscum egeris ..; Phil. II, 113. deflevi coniugis miserae discidium, ... familiae ruinas, sed his omnibus rebus vitam anteposui meorum civium: dom. 96. quae res patefecit, ... sed suo tempore totius huius sceleris fons aperietur; Phil. XIV, 15. omnibus .. bonis expedit salvam esse rem publicam; sed in eis, qui fortunati sunt, magis id apparet; Phil. XIII, 16. sed alter est rex iudicio senatus per nos, pecunia Brogitarus per te appellatus; har. resp. 29. sed ut quidque ego apprehenderam, statim accusator extorquebat e manibus; Cluent. 52. sed regnum Aegypti ad se ... pertinere arbitrabantur; Verr. IV, 61. sed ego ea. quae ferri possunt, ferenda ... arbitror; Cluent. 17. in omnis imperatores .. quaestionem ... comparant, sed maximam pecuniam se a Fausto ablaturos arbitrantur; leg. agr. I, 12. sed Caelius optimam causam Asicii esse arbitratur; Cael. 24. „qui huic T. Furfanio, cui viro! di immortales! — quid enim ego de muliercula Scantia ... dicam? ... —; sed ausum esse Furfanio dicere ..“; Milo 75. sed recenti re de Mustio auditum est; Verr. I, 139. sed || et || illud audivimus, M. Crassi ... virtute consilioque factum, ne ... fugitivi ad Messanam transire possent; ib. V, 5. sed audistis ... non solum auctoritatem, sed etiam testimonium L. Gellii; Quir. 17. conlegam tuum aiunt in hac sua fortuna ... — mihi ... avorum ... consulatum si imitaretur, fortunatior videretur — sed eum iracundum audio esse factum; Phil. I, 27. sed quo consilio redierim .. audistis; ib. X, 8. — [si ei .. capiunt voluptatem, sed ipso otio || ab, ex ipso otio ||. quo vos fortunam regitis || quam vos fortunati eritis || ..;] leg. agr. II, 103. si cum aliorum improbitate certet, longe omnis ... superabit: sed secum ipse certat; Verr. V, 115. numerus ... huius generis late et varie diffusus est, sed genus universum ... brevi circumscribi et definiri potest; Sest. 97. sed primo gravari coepit; Cluent. 69. sed ea magis ex aliorum contentione quam ipsa per sese cognosci ... possunt; imp. Pomp. 36. sed haec di immortales ... vestrae potestati .. commiserunt; Sest. 147. quae forsitan vobis parvae esse videantur, sed magnum et acerbum dolorem commovent; Verr. IV, 47. intellego .. me plura extra causam dixisse. ... sed hoc compensabo brevitate eius orationis, quae pertinet ..; dom. 32. sed, ut opinor, laudem veritati tribuebas, crimen gratiae concedebas; Qu. Rosc. 19. sed concedo id quoque; Flacc. 72. in illa supplicatione ... res ipsa tributa est dis immortalibus ..., sed ... numerus dierum Caesaris ipsius laudi gloriaeque concessus est; prov. cons. 27. sed haec ipsa concedo; Phil. I, 18. hic ex Antonii amicis, sed amicioribus libertatis, contra Antonium confecit exercitum; Phil. V, 44. sed ego .. caecum me et praecipitem ferri confitear in causa, si ..; Planc. 6. sed tu mihi videbare ... aliquam invidiam Caelio velle conflare; Cael. 29. misit ad Caecilium nescio quem: sed eos, quos misit, quod ire noluerunt, in vincula coniecit; Deiot. 23. sed pauca ... prius de L. Murenae fortuna conquerar; Muren. 55. sic igitur Plancius nihilo minus quaestor est factus ... quam si esset summo loco natus, sed haec pari loco orti sunt innumerabiles consecuti; Planc. 60. sed consulet laudi et existimationi tuae; div. Caec. 48. „sed quod sibi exegit, id commune societatis factum esse contendo“; Qu. Rosc. 52. sed hic meus reditus .. vestro iudicio continetur; dom. 100. verum haec fortasse ... reticentur; sed illud magis est credendum ..; leg. agr. II, 37. quorum commoda ... semper ego ... firmavi: sed credunt improbis; Phil. XII, 29. sed credo, ... longe te a pulchris abesse sensisti; Fr. B. XIII, v, 4. sed scire cupio quid ..; Cael. 68. — ego .. veteranos tueri debeo, sed eos || † sed eos, sed hos ||, quibus sanitas est; Phil. XI, 37. accusandi terrores et minae

... sunt fortis viri, sed ... amicorum studia debilitant; Muren. 43. vidimus esse hunc in illius amicis. quis negat? sed ego illud tempus actatis ... hoc loco defendo; Cael. 10. definio: ſ. circumscribo; Sest. 97. o rem acerbam! sed haec satis diu multumque defleta sunt; Phil. XIII, 10. equidem Q. fratris mei *hac* laude || laude ea || delector, sed aliis magis, gravioribus atque maioribus; Flacc. 33. sed hanc mihi dispensationem ... deposco; Phil. XIII, 11. ille tamen || ille paene, ille tantum non || confitetur plus se petere quam debeatur, sed satis superque habere dicit quod sibi ab arbitro tribuatur; Qu. Rosc. 11. sed earum artificem, quem? quemnam? recte admones, Polyclitum esse dicebant; Verr. IV, 5. sed de Lucullo dicam alio loco; imp. Pomp. 10. concedebat, sed ad uxorem Oppianici ... omnia bona Habiti ventura fuisse dicebat; Cluent. 52. incredibile dictu est, sed a me verissime dicetur; ib. 195. eadem spe, sed maiore verecundia de te, P. Volumni, ... dicimus; ib. 198. longum est ea dicere, sed hoc breve dicam; Sest. 12. sed latus odio ... plura dixi quam dicendum fuit; ib. 111. eidem (viri) illam proscriptionem capitis mei contra salutem rei publicae, sed salvis auspiciis rogatam esse dicebant; prov. cons. 45. verum audis in praescipibus, audis in stupris, ... — sed dicunt isti ipsi, qui ..; Piso 42. sed a me est de universo genere dicendum; Scaur. 44. sed dicam alio loco et de Leontino agro et de Campano; Phil. II, 43. invitus dico, sed dicendum est; ib. VIII, 9. si iacens vobiscum aliquid ageret, audirem fortasse: quamquam — sed hoc malo dicere, audirem; ib. XII, 4. sed, ut est apud poëtam ... „male parta male dilabuntur“; ib. II, 65. sunt alii plures fortasse, sed *de* mea memoria dilabuntur; ib. XIII, 11. sed in hoc ipso ab eo vehementissime dissentio; imp. Pomp. 59. sed ierit ad bellum, dissenserit non a te solum ..; Ligar. 35. sed haec agrorum adsignatio paulo ante, Quirites, L. Caesaris ... sententia dissoluta est; Phil. VI, 14. sed effugi insidias, perrupi Apenninum; Phil. XII, 26. eo: ſ. dissentio; Ligar. 35. sed errat coniectura domestica; Verr. III, 156. sed hunc funditus evertit bonis; Sex. Rosc. 115. sed ego haec meis ponderibus examinabo; Planc. 79. sunt ea quidem magna, ... sed magnis excitantur praemiis; Rab. Post. 42. sed ab eis, quos repudias, exigis tantum pecuniae, quantum ad eum numerum frumenti satis sit; Verr. III, 173. sed eam summa integritate pudicitiaque existimari; Verr. I, 64. sed primum expiabo religionem aedium mearum; har. resp. 10. sed exponam quid in re sit; Flacc. 53. quorum ego auctoritatem ... plurimum valuisse ... confiteor, sed in hac causa ... exquirere possumus veritatem; imp. Pomp. 51. sed ut hostium urbis ... non praeda adducti, sed odio solemus exscindere ..; dom. 61. ceteri nocentissimum esse arbitrabantur, sed exspectabant sententias eorum ..; Cluent. 75. sed scriptum exstat in isdem litteris, quod ..; Verr. V, 148. sed is fieri nullo modo poterat; Verr. II, 128. incredibile dictu est, iudices, sed et factum et tota Sicilia pervagatum; ib. III, 129. itaque hoc est, quod multi fortasse fecerunt, sed || et || ita multi, ut ei ... non fecerint; ib. 190. sed tantum vos certiores, iudices, facio quid iste in provincia praetor egerit; ib. IV, 60. sed uno tempore cautiones fiebant pecuniarum, foedera feriebantur provinciarum . ; dom. 129. intellego ... plura ... esse dicta quam res postularet, sed id factum est, non ut ..; Balb. 56. sed fit vestra diligentia, ... ut ..; Planc. 84. re .. iniquum est, sed tua sapientia fit aequissimum; Deiot. 4. syngrapha ... per legatos, viros bonos, sed timidos et imperitos, ... facta in gymaecio est; Phil. II, 95. sed hoc primum faciam, ut imperatores appellem eos ..; ib. XIV, 11. tu igitur ipse de te? dixerit quispiam. equidem invitus, sed iniuriae dolor facit me ... gloriosum; ib. 13. sed haec ipse fatetur esse in suis sordibus; Phil. II, 63. ferio: ſ. facio; dom. 129. atque hoc velim probare omnibus, ... sed levissime feram, si forte ..; prov. cons. 47. omnibus illa iniuria dolori fuit publicanis, sed eum ipsum dolorem hic tulit paulo apertius; Planc. 34. — gravor: ſ. coepi; Cluent. 69. sed mos est gerendus ... Cornelio; Balb. 4. — [quae tamen] omnia novas iniurias habent, sed postulationum formulas usitatas; Verr. II, 147. sed ego habebo rationem auctoritatis meae; ib. III, 164. sed habet defensiones duas; Sest. 135. molestum (videbatur) .. nomen ipsum, sed res habebat nomen hoc apud illos, non hic imposuerat; Rab. Post. 28. inde iter Alexandream contra senatus auctoritatem ..; sed habebat ducem Gabinium; Phil. II, 48. — sed ego Atratino ... ignosco; Cael. 2. cum vos ... cupere vos diceretis, sed lege impediri; Piso 29. sed vincam animum mihique imperabo; Phil. XII, 21. sed incidi in id tempus; ib. II, 88. sed *te* hesterno pro testimonio esse mentitum ... paulo ante imprudens indicasti; Vatin. 3. qui si fuisset in discipulo comparando meliore fortuna, fortasse austerior ... ... esse potuisset; sed eum casus in hanc consuetudinem scribendi induxit; Piso 71. inicio: ſ. edo; dom. 14. sed omnis ista celeritas ac festinatio ... illud patefecit et illustravit ..; Scaur. 30. sed idem casus illum ... istius ... pecudis caeno et sordibus inquinavit; Piso 72. sed ego institui referre ad vos ..; Catil. IV, 6. sed intellegere potuistis ... civis Romanos honestissimos ex Sicilia plurimos maximis de rebus ... pro testimonio dicere; Verr. II, 16. sed intellegis pro tua praestanti prudentia, Cn. Domiti ..; Cael. 32. sed quantum praesidii fuerit in ceteris, hinc intellegi potest, quod ..; Phil. XIII, 29. sed statuae intereunt tempestate ..., sepulcrorum autem sanctitas in ipso solo est; ib. IX, 14. sed utrum ita scripserit, si uter volet, an, si decumanus volet, nihil interest; Verr. III, 35. sed hoc inter me atque illum interest ..; Quir. 20. nomen pacis dulce est ..; sed inter pacem et servitutem plurimum interest; Phil. II, 113. sed cui manubias remittit, in huius vectigalia invadit; leg. agr. I, 13. sed ceteri Siculi ultorem suarum iniuriam invenerunt; div. Caec. 53. „fateor me homines coëgisse, ... sed ego invenio in interdicto verbum unum, ubi delitiscam“; Caecin. 66. ego ... tantae me inimicorum multitudinem suscepisse video; sed eam iudico esse turpem; Catil. IV, 20. — sed in his rebus omnibus imprudentia laberis; Rabir. 25. credo .. te ... ea opinione venisse; sed tu imprudentia laberis; Muren. 78. si intercessisset conlega Fabricio, laesisset rem publicam, sed [rem publicam] iure || rei publicae iure || laesisset; Sest. 78. quae (superiora) sunt maxima illa quidem, sed adhuc hominum magis iudiciis quam publice laudata; Phil. V, 35. sed hanc decisionem Roscii oratione et opinione augere licet; Qu. Rosc. 33. „sed hoc mihi licuit, vobis, si prospicitis, licebit“; Verr. III, 225. vellem adesset M. Antonius, modo sine advocatis. sed ... licet ei minus valere; Phil. I, 16. ad iudicem sic, sed ego apud parentem loquor; Ligar. 30. sed idem illi ita mecum loquuntur; Phil. I, 28. — malo: ſ. dico; Phil. XII, 4. dicere apud eum de facinore, contra cuius vitam consilium facinoris inisse arguare, ... grave est; ... sed tua ... praestans ... natura

hunc mihi metum minuit; Deiot. 4. sed praeterita mitto; Piso 80. idem tribuno plebis, potentissimo homini, M. Druso, sed multa in re publica molienti ... respondit ..; Planc. 33. sed eos hoc moneo; Catil. II, 20. sed moneo iudices: in exitu iam est meus consulatus; Muren. 80. sed vos moneo, patres conscripti; Phil. VII, 27. sed moreretur prius ... miliens C. Gracchus quam in eius contione carnifex consisteret; Rabir. 15. moveor his rebus omnibus, sed in eam partem, ut ..; Catil. IV, 3. sed me alii metus ... moverunt; Sest. 35. sed me illa moverunt; ib. 39. — sed necesse est, ante quam de tribunatu P. Sestii dicere incipiam, me totum superioris anni rei publicae naufragium exponere; Sest. 15. sunt omnes sine macula, sunt aeque boni viri atque integri, sed servari necesse est gradus; Planc. 15. (civitate) donatum esse L. Cornelium ... accusator fatetur, sed negat ..; Balb. 19. plura sunt, sed ea quo pacto distinguere ac separare possim nescio; Verr. IV, 88. iam diu ... in his periculis ... versamur, sed nescio quo pacto omnium scelerum ... maturitas in nostri consulatus tempus erupit; Catil. I, 31. sed haec nescio quo modo frequenter in me congessisti ..; Planc. 83. sed publicam causam .. sine populi praesidio suscipere nolui; dom. 91. ſ. abduco; Flacc. 92. quamquam solent domestici depravare non numquam; sed novi firmitatem tuam; Phil. I, 33. — possum multa dicere de liberalitate ...; sed mihi ante oculos obversatur rei publicae dignitas; Sest. 7. sed spes rapiendi ... occaecat animos eorum; Phil. IV, 9. sed accepta pecunia velle (se) quam primum aliam civitatem occupare; Verr. III, 67. multa dici possunt ..., sed ego occurram exspectationi vestrae, iudices; Cluent. 63. sed sit offensus; Piso 75. sed haec omitto; Flacc. 80. Piso 50. sed omitto Catonem; dom. 23. sed omitto epulum populi Romani; Vatin. 51. sed haec omittam; Cael. 27. sed omitto, ut sit (consul) factus uterque nostrum; Piso 3. sed omitto ceteros; Phil. II, 56. sed omitto ea peccata; ib. 70. sed me omitto; ib. VI, 13. quem ad modum accepturi ... scitis, horreo, sed ... quaeso oroque vos ..; ib. VII, 8. sed ... ostendit sese in omnibus civitatibus censores esse facturum; Verr. II, 132. sed quaedam mihi magnifica et praeclara eius defensio ostenditur; ib. V, 1. — patefacio: ſ. inlustro; Scaur. 30. sed eius rationem cum damnatione Dolabellae permiscuit; Verr. III, 177. nam genus aestimationis ipsum a me numquam est reprehensum, sed eius aequitas aratorum commodo et voluntate perpenditur; ib. 214. perrumpo: ſ. effugio; Phil. XII, 26. sed hic totus locus disputationis ... meae .. pertinet ad commune ius mutandarum civitatum; Balb. 30. pervagor: ſ. facio; Verr. III, 129. „idoneus es“, inquit „sed pervellem adessent ei, qui adfuerant || adfuerunt || antea causamque cognorant“; ib. II, 72. profectus est aliquando tandem in Hispaniam; sed tuto, ut ait, pervenire non potuit; Phil. II, 75. „ita est; sed tu istud petisti, ego hoc cogor“; Rab. Post. 17. sed hoc polliceor omnibus ..; Cluent. 158. sed totum hoc .. in ea fuit positum semper ratione atque sententia, ut ..; Balb. 20. oderat vestitum .. illum, sed sine eo nec nomen illud poterat nec munus tueri; Rab. Post. 28. hostis si esset externus, id ipsum vix talibus factis, sed posset aliquo modo; Phil. XIII, 5. ſ. circumscribo; Sest. 97. cognosco: imp. Pomp. 36. exquiro; imp. Pomp. 51. facio; Verr. II, 128. intellego; Verr. II, 16. Phil. XIII, 29. pervenio; Phil. II, 75. „multae insidiae sunt bonis“ verissime dictum est: sed te „id quod multi invidcant, multique expetant, inscitia est“, inquit, „postulare“; Sest. 102. sed qui prima illa initia aetatis integra atque inviolata praestitisset ..; Cael. 11. sed ego omnia, quae negari poterunt, praetermittam; Verr. I, 62. si .. illim emerserit, nullius supplicii crudelitas erit recusanda: sed tenetur, premitur, urgeutur nunc eis copiis ..; Phil. IV, 12. proficiscantur legati optimis ominibus, sed ei proficiscantur, in quibus non offendatur Antonius; Phil. XII, 19. magna haec, sed ad maiora properat oratio; Phil. V, 38. sed mihi in causa facili ... perdifficilis ... defensionis ratio proponitur; Planc. 5. sed proponam ius, ut opinor, aequum; Phil. I, 27. sed ei, qui sese volunt posse omnia ..., hoc uno metu se putant equites Romanos in potestatem suam redacturos; Cluent. 152. sed hosce homines minime puto pertimescendos; Catil. II, 18. sed huius beneficii gratiam ... di immortales sibi deberi putant; Milo 83. sed hoc idcirco commemoratum a te puto, uti ..; Phil. II, 3. — sed quaererent ecquo modo petitorem ipsum Apronio condemnare possent; Verr. III, 31. sed quaero de te ..; Caecin. 96. fatebatur, sed quaerebat cui probatus esset ipse patronus; Cluent. 52. sed quaero a vobis num ..; ib. 137. sed multitudo .. quaeritur; leg. agr. II, 86. „in manum .. convenerat.“ nunc audio. sed quaero usu an coëmptione? Flacc. 84. sed quaero in ipsa sententia ... quid reprehendatur; dom. 10. audio quibus dis .. expiatio debeatur, sed hominum quae ob delicta quaero; har. resp. 21. sed quaero ab illo, ... ecquid sciat ..? ib. 34. sed quaero a te cur C. Cornelium non defenderem; Vatin. 5. hoc loco quaero ... — sed quaero ..; ib. 20. sed hoc quaero; Ligar. 9. sed quaeso, Calene, quid tu? Phil. VIII, 12. ſ. oro; Phil. VII, 8. modo ... C. Pomptinus ... eos (Allobroges) .. domuit, ... sed ea victoria contentus ... quievit; prov. cons. 32. — quae (praesidia) si opposita Miloni putarem, cederem tempori: ... sed me recreat et reficit Cn. Pompei ... consilium; Milo 2. sed redeo ad amores deliciasque vestras, L. Antonium; Phil. VI, 12. redeat ad imperatorem suum Varius, sed ea lege, ne ..; Phil. VIII, 32. reficio: ſ. recreo. sed haec ... brevitatis causa relinquo omnia; Cael. 54. sed me repente ... horum aspectus in ipso cursu orationis repressit; Sest. 144. obliviscor iam iniurias tuas, Clodia; ... sed ex te ipsa requiro ..; Cael. 50. inferuntur Galli in M. Fonteium ..; sed ... resistemus; Font. 44. sed de isto custode toto sic vobis brevissime respondebo; div. Caec. 51. horribilis oratio: sed eam usus, vita, .. civitas ipsa respuit; Muren. 74. tulit haec civitas, quoad potuit, ... vestram dominationem ... tulit; sed quo die populo Romano tribuni plebi restituti sunt ..; Verr. V, 175. sed revertar ad crimen; Cael. 60. — sed ea res .. haud scio an plus mihi profuerit quam si mihi tum essent omnes gratulati; Planc. 66. ſ. cupio; Cael. 68. alter ... fungitur officio boni senatoris; *sed* legem, quam non putat, eam *is* quoque servat; prov. cons. 36. ego vos universos ... deorum in numero colere debeo; sed ut in ipsis dis immortalibus non semper eosdem ... solemus .. venerari ..., sic ..; sen. 30. ſ. exscindo; dom. 61. sed saepe spero fore huius adulescentis ornandi ... potestatem; Phil. V, 45. sed ego ... statui ..; imp. Pomp. 71. sed in animo est, ... leviter transire ... unam quamque rem; Sex. Rosc. 91. sed in hac laude industriae meae reus ne elabatur summum periculum est; Verr. a. pr. 32. sed in re tam usitata satis est ostendere omnis antea ius ita dixisse; ib. I, 114. sed ineptum est te tam perspicua eius impudentia pluribus verbis disputare; ib. 148. sed et est et fuit tota Graecia summo propter ingenium honore et nomine; ib. II, 87. sed multo erit gratius, si reliqua voletis

attendere; ib. III, 10. sed mihi Aetnensium brevis est ratio; ib. 106. sed fuerit (modius) IIS IIS; ib. 174. in quo erat aliqui quaestus, sed is honestus atque concessus; ib. 195. in ea sunt aedes sacrae complures, sed duae, quae longe ceteris antecellunt; ib. IV, 118. illum ... clamitasse, se esse civem Romanum; sed speculatorem fuisse; ib. V, 165. sed ista laus primum est maiorum nostrorum; Rabir. 10. sed est tanti; Catil. I, 22. ille erat unus timendus ..., sed tam diu, dum .. mocnibus continebatur; ib. III, 16. [illud signum] conlocandum consules illi locaverunt, sed tanta fuit operis tarditas, ut ..; ib. 20. sed quaestura utriusque prope modum pari momento sortis fuit; Muren. 18. quid ergo? || quid? ergo || acceptam iniuriam persequi non placet? immo vehementer placet, sed aliud tempus est petendi, aliud persequendi; ib. 44. sed fuerint incorruptae litterae domi; Flacc. 21. sed cetera sint eorum; ib. 104. sed pleni omnes sunt libri, plenae sapientium voces, plena exemplorum vetustas; Arch. 14. sed fuerunt ei consules ..; sen. 10. sed tamquam bona valetudo iucundior est eis, qui e gravi morbo recreati sunt ..; Quir. 4. sed quem ad modum propinqui ... mihi ... non fuerunt, sic ..; ib. 9. sed faciles sunt preces apud eos ..; har. resp. 63. quaestor hic C. Antonii ... fuit sorte, sed societate consiliorum meus; Sest. 8. sed mihi omnis oratio est cum virtute; ib. 138. sed aliud est maledicere, aliud accusare; Cael. 6. sed istarum partium culpa est eorum, qui te agere voluerunt; ib. 8. sed vestrae sapientiae .. est ..; Cael. 29. casum illum meum funus esse rei publicae, sed funus iustum et indictum; prov. cons. 45. sed contentio tam diu sapiens est, quam diu ..; Balb. 60. erant illi compti capilli et madentes cincinnorum fimbriae ... dignae Capua, sed illa vetere; Piso 25. est quidam Graecus, ... homo ... humanus, sed tam diu, quam diu cum aliis est aut ipse secum; ib. 68. utinam .. (populus iudex) semper esset! sed est perraro; Planc. 7. sed sunt haec leviora, illa vero gravia atque magna; ib. 86. sed stulti sumus qui Drusum ... cum P. Clodio conferre audeamus; Milo 20. sed finis sit; ib. 105. haec admirabilia, sed prodigii simile est, quod dicam; Ligar. 11. sed parum est me hoc meminisse; ib. 35. multa sunt monimenta clementiae tuae, sed maxima eorum incolumitates ..; Deiot 40. sed sit beneficium; Phil. II, 6. adhibes ... rhetorem, ... salsum omnino hominem, sed materia facilis est in te ... dicta dicere; ib. 42. erant fortasse gladii, sed absconditi nec ita multi; ib. 108. sed ex plurimis malis ... hoc tamen boni est ..; ib. 117. sunt impii cives, sed pro caritate rei publicae nimium multi, contra multitudinem bene sentientium admodum pauci; ib. III, 36. sed illud os, illam impuritatem caeni fuisse, ut hos iudices legere auderet! ib. V, 16. sed erat tunc excusatio oppressis; ib. VII, 14. deserti ... sumus ... a principibus, sed ... omnes ..., qui recte ... sentient erunt consulares; ib. VIII, 22. sed, ut suspicor, terror erat quidam; ib. 28. omnis est misera servitus; sed fuerit quaedam necessaria; ib. X, 19. sed haec iudicum culpa, non mea est; ib. XI, 11. sed vis calamitosa est, quam illis intulerunt; ib. XIV, 9. sed facile est bene agere cum eis ..; ib. 30. sed ego ea lege contentus sum, qua ..; Fr. B, VIII, 13. ſ. debeo; Rab. Post. 9. aquae ductus, haustus, iter, actus a patre, sed rata auctoritas harum rerum omnium ab iure civili sumitur; Caecin. 74. scio quid gravitas vestra ... postulet: sed mihi sumpsi hoc loco doctrinam quandam inventuti; Sest. 119. suscipio: ſ. nolo; dom. 91. sed aliud esse causae suspicamur; Flacc. 39. — iam id videro, sed primum illud tenebo; Flacc. 56. ſ. premo; Phil. IV, 12. eum .. civem optimum semper ... fuisse, sed eadem timuisse quae ceteros; Planc. 99. sed querellam praeteritorum dierum sustulit oratio consulum; Phil. V, 1. quem nos ... vidimus ... iubere ei (poëtae) praemium tribui, sed ea condicione, ne quid postea scriberet; Arch. 25. ſ. concedo; Qu. Rosc. 19. triumphavit L. Sulla, triumphavit L. Murena ..., sed ita triumpharunt, ut ..; imp. Pomp. 8. tueor: ſ. debeo; Phil. XI, 37. possum; Rab. Post. 28. — qui .. adversabantur ei generi, graves et magni homines habebantur; sed valebant in senatu multum, apud bonos viros plurimum; Sest. 105. valebat apud vos .. Milonis erga me ... meritorum memoria, ... sed plus multo valebat periculorum impendentium timor; Milo 34. veneror: ſ. soleo; sen. 30. pro me superiores consules semper ut referrent flagitati sunt; sed veriti sunt, ne ..; Quir. 11. sed unam rem vereor ne non probes; Phil. II, 34. sed hoc minus vereor: sunt alia quae magis timeam et cogitem; ib. V, 29. quos Q. Metellus — facio iniuriam .. viro mortuo, qui illum ... cum hac .. bella conferam — sed ille designatus consul ... privatus fieri vetuit ..; Piso 8. sed video quid agat; Verr. a. pr. 15. quod si solus in crimen aliquod adducerer, ferrem .. animo acquiore, sed mihi videntur certi homines ..; leg. agr. II, 6. potui ... me .. armis .. defendere, nec mihi ... animus ... defuit: sed videbam ..; sen. 33. sed videro hoc posterius; Cael. 35. sed de te tu videris; ego de me ipse profitebor; Phil. II, 118. sed hoc clarissimi viri viderint ..; ib. III, 17. sed omnia mihi videntur ... expiata Sex. Pompeio ... conservato; ib. V, 40. sed hoc primum videndum est ..; ib. XIII, 2. putavi austerum hominem, putavi tristem, putavi gravem, sed video adulterum ..; Fr. A, V, 11. ſ. conflo; Cael. 29. vinco: ſ. impero; Phil. XII, 21. sed ego defensorem in mea persona, non accusatorem, maxime laudari volo; Verr. I, 98. inimicitias .. fuisse confiteor, sed homines inimicos suos morte adfici volunt, .. quod ..; Cluent. 169. sed mihi hoc credas velim; Sulla 46. sed hoc ignoscant di immortales velim .. populo Romano; Phil. I, 13. ſ. conflo; Cael. 29. sed quaestiones urgent Milonem; Milo 59. ſ. premo; Phil. VI, 12. ego adulescentis bonos et fortis, sed usos ea condicione fortunae, ut si essent magistratus adepti, rei publicae statum convulsuri viderentur, ... comitiorum ratione privavi; Piso 4.

elliptisch: sed eo leviores istius iniuriae; Verr. I, 119. sed ea perampla atque praeclara, sed non ita antiqua; ib. IV, 109. praeclara classis in speciem || specie ||, sed inops et infirma propter dimissionem propugnatorum atque remigum; ib. V, 86. varia iudicum genera: nummarii pauci, sed omnes irati; Cluent. 75. ferebant in oculis hominem quidam boni viri et de me optime meriti, sed illius ... furoris ignari; har. resp. 48. cum ... intentus *est* arcus ... in universam rem publicam, traductione ad plebem .. hominis ... mihi irati, sed multo acrius otii et communis salutis inimici; Sest. 15. fortius tu quidem quam non nulli defuncti honoribus, sed apertius quam vel ambitionis vel aetatis tuae ratio postulabat; Planc. 52. haec tu mecum saepe his absentibus, sed isdem audientibus haec ego tecum, Milo; Milo 99. cruenta (pecunia) illa quidem, sed his temporibus ... necessaria; Phil. I, 17. sed haec vetera, illud vero recens; ib. II, 25. sed nimis multa de nugis: ad maiora veniamus; ib. 78. sed haec, ut dixi, superiora; ib. III, 8. sed augur verecundus sine conlegis de auspiciis; ib. V, 7. subvenit .. rei publicae, sed actate multo robustior et militum ... studio paratiore et in alio genere belli; ib. 43. sed haec una

statua. altera ab equitibus Romanis, equo publico; ib. VI, 13. sed nimis multa de nugis; ib. 15. sed illa statua palmaris ..: L. Antonio a Iano medio patrono; ib. sed nimis multa de verbo: rem potius videamus; ib. VIII, 4. sed hoc ei commune cum plurimis sui || sibi || simillimis; ib. XIII, 27.

2. **Frage:** „sed quid adfers“? Cluent. 71. sed quid adiungit? Phil. VIII, 25. sed qmid ego id admiror? har. resp. 28. sed cur sic ago? Planc. 49. sed quid eius matrem aut domum appello? Muren. 89. appellarisne tribunos plebis? ... levius dixi: ... sed appellarisne nominatim pestem illius anni, ... P. Clodium? Vatin. 33. quid? ... nonne ... nostri illi fortes viri, sed rustici ac milites ... magno illud clamore approbaverunt? Arch. 24. sed quid ego argumentor? Milo 44. quo .. aspectu videre potero — omitto hostem patriae ... — sed quo modo aspiciam mihi uni crudelissimum hostem? Phil. XII, 19. — sed quid ego hospitii iura ... commemoro? Verr. V, 109. sed quid ego longinqua commemoro? imp. Pomp. 32. sed quid ego hosce homines ordinesque commemoro? Catil. IV, 16. sed quid ea commemoro? Flacc. 103. sed quid ego populi Romani animum virtutemque commemoro? Sest. 118. sed quid singulos commemoro? Phil. II, 12. sed qui haec vident adulescentes quonam suas mentis conferent? Sest. 95. sed quid ego istius in eius modi rebus mediocris iniurias conligo? IV, 38. sed quid ego aedilicias repulsas conligo? Planc. 52. — sed quid ego ineptus de Roscio apud Pisonem dico? Qu. Rosc. 18. nuper homines nobiles huius modi, iudices, sed || et || quid dico nuper? immo vero modo ac plane paulo ante vidimus ..; Verr. IV, 6. isdem ineptiis fucata sunt illa omnia: QUANDO TE IN IURE CONSPICIO, et haec † sed: ANNE TU DICIS ..? Muren. 26. Autronium tum in campo vidimus, sed quid dixi vidisse nos? ego vidi; Sulla 51. sed quid ego haec pluribus ... disputo? Cluent. 87. sed quid ego de epistulis Falcidii ... tam diu disputo? Flacc. 94. sed quid ego de hoc plura disputem? Sulla 64. sed quid ego disputo ..? Balb. 38. sed quid plura de lege disputo? Phil. I, 22. — a Tissensibus, perparva ac tenui civitate, sed aratoribus laboriosissimis frugalissimisque hominibus, nonne plus lucri nomine eripitur || eripiebatur ||, quam quantum omnino frumenti exararant? Verr. III, 86. sed quid ego vestram crudelitatem expromo? dom. 60. — sed quid tandem fiet, si ..? Muren. 85. sed quid fecit ipse? Phil. III, 19. sed quid oratione te flectam? Phil. I, 35. — sed quid ego, iudices, ita gravem personam induxi ..? Cael. 35. sed ... quod in Gabinio fateris, ... id in me infirmas? dom. 126. sed quis non intellegit ..? Milo 68. sed quid ego tam vehementer invehor? Verr. IV, 8. — sed quid ego de eis omnibus ... loquor? Rabir. 27. sed cur tam diu de uno hoste loquimur? Catil. II, 17. sed quid ego de dignitate istorum testium loquor? Cael. 63. — sed quid ego numero qui tibi obviam non venerint? Piso 54. — sed quid opponas tandem, si negem ..? Phil. II, 8. sed quid opus erat ad eam rem iudice sequestre? Cluent. 87. — sed quid pudeat hominem ... sine rubore? Fr. B, XV, 11, 6. sed quem nostrum tam tardo ingenio fore putavit, cui ..? leg. agr. III, 6. interfectum esse L. Catilinam ... iam pridem oportebat: ... sed quam multos fuisse putatis ..? Catil. II, 3. — sed quid ego ex te quaero quid defensurus sis potius? Verr. III, 85. — sed tu ... non statuebas tibi non solum de tuis, sed etiam de illorum factis rationem esse reddendam? Verr. II, 29. sed quae *est* haec impudentia? leg. agr. II, 57. sed quid est tandem, quod indicat per istum puerum Cornelius? Sulla 51. sed quae tandem est in hac urbe tanta domus ab ista suspicione religionis tam vacua atque pura? har. resp. 11. sed qui fmt tuus ille tantus furor, ut ..? Vatin. 26. sed quid est quod ..? prov. cons. 26. sed quisnam est iste tam demens? Marcell. 21. sed quae provincia est ex qua illa fax excitare non possit incendium? Phil. VII, 3. sed quid est quod de eis laborat? ib. VIII, 27. §. 3. Balb. 23. — sed quid ego ... de salute omnium nostrum ... taceo? Flacc. 94. sed cur diutius vos, iudices, teneo? Cael. 55. — sed quoquo modo se illud habet, haec querella .. vestra quid valet? Ligar. 23. sed qui istuc tibi venit in mentem? Phil. II, 40. sed num tibi ita defendisse videor, ut ..? Cluent. 143. sed quam longe videtur a carcere ... abesse debere, qui ..? Catil. I, 19. sed qmid ego his testibus utor? div. Caec. 14. at beneficio sum tuo usus. ... sed quo beneficio? Phil. II, 5.

elliptisch: sed quid id ad rem? Quinct. 79. omitto de melle, sed tantum Melitensium, quasi etiam amicorum uxores, tantum lectorum, quasi omnium istorum villas ornaturus esses? Verr. II, 183. sed quid ego plura de Gavio? ib. V, 169. sed quid? ego, qui Catilinam non laudavi, ... adeone vobis alienus a sanitate ... esse videor, ut ..? Sulla 83. dices: quem virum? ... sed quid ad te, qui negas ..? dom. 21. sed quid ego ceteros? ib. 124. sed hic ea mente, qua natus est: quid vos, iudices? quo tandem animo eritis? Milo 101. ius postulabas, sed quid ad rem? Phil. II, 72. sed quid plura? ib. VIII, 5. §. 1. quaeso; Phil. VIII, 12.

3. **Ausruf:** sed miserum me! quanto hoc dixi cum dolore! Rab. Post. 45. sed per deos immortalis! quae est ista societas? Balb. 23. sed per deos immortalis! — te enim intuens, Dolabella, ... non possum utriusque vestrum errorem reticere; Phil. I, 29.

4. **Aufforderung:** a. **Imperativ:** habetis unum venditionis genus ..; sed attendite animos ad ea, quae consequuntur! leg. agr. II, 37. sed stuporem hominis ... attendite! Phil. II, 30. sed maximum crimen audite! Phil. XIII, 34. — sed prius ut ab initio res ab eo constituta sit || constituta sit ab eo ||, quaeso, cognoscite! Verr. a. pr. 16. sed adrogantiam hominis ... cognoscite! Phil. II, 84. in Q. Ligario conservando multis tu quidem gratum facies necessariis tuis, sed hoc .. considera ..! Ligar. 32. sed mihi credite, non est iturus (in exilium)! Catil. II, 15. sed mihi credite: numquam succedetur illis! prov. cons. 17. — est mihi iucunda ... vestra erga me voluntas, sed eam ... deponite! Catil. IV, 1. — sed fac id || illud || te dedisse mihi, quod non ademisti! Phil. II, 60. sed fac non esse! ib. V, 13. — ab Allobrogibus nominatum Sullam esse dicis. quis negat? sed lege indicium et vide quem ad modum nominatus sit! Sulla 36. — sed perge porro! Piso 33. multa praetereo consulto, sed ea vos coniectura perspicite! imp. Pomp. 26. — sed recordare qui tum fuerint consulum nomine hostes; Planc. 87. — omittam .. Pompeium iam oratione mea [relinquam], sed vos, iudices, animis ac memoria tenetote! Balb. 17. — sed ego copia et facultate causae confixus vide quo progrediar! Qu. Rosc. 2. sed videte hominis religionem et diligentiam; leg. agr. II, 28. sed videte vim legis agrariae! ib. 68. sed vide nc tu te soleas lovem dicere ..! dom. 92. sed vide ne ..! Planc. 18. sed vide, quaeso, Caesar, constantiam .. viri! Ligar. 26. sed reliquum vitae cursum videte! Phil. II, 47. sed videte impudentiam! ib. 81. dicam, cur inutile rei publicae, sed prius, quam turpe consulibus sit, videte! ib. XI, 21. magis equidem laudo, sed vide

ne hoc ipsum non sit necesse! ib. XIII, 15. sed videte quid moliatur! ib. 39. sed videte metuendam inimici et hostis bilem et licentiam! Fr. B, XIII, IV, 4. ſ. lego; Sulla 36.

b. **Conjunctiv:** sed (testes) me audiant ..! Cael. 67. — sed tu, Acci, consideres .. diligenter ..! Cluent. 135. — speremus quae volumus, sed quod acciderit feramus; Sest. 143. — sed omittamus querellas! Flacc. 87. sed omittatur bellum illud! Phil. II, 39. sed haec ... omittamus ib. 63. sed praeterita omittamus! ib. VI, 9. — sed recitemus quid sequatur! har. resp. 36. sed ad auspicia redeamus! Phil. II, 88. sed ad chirographa redeamus! ib. 100. sed ad iter Italiamque redeamus! ib. 102. — sed aliquando veniamus ad causam! Planc. 36.

II. **Verbindungen:** antequam: sed ante quam ad eam orationem venio ..; Milo 7. sed ante quam de accusatione ipsa dico, de accusatorum spe pauca dicam; Deiot. 7.

certe: ſ. **certe,** III. sed (16 St.) B. I, S. 499, a.

cito: primo volgare scortum; ... sed cito Curio intervenit; Phil. II, 44.

cum: sed cum perferre non possent luxuriem; Verr. II, 9. sed cum ob tua decreta ... pecuniae dabantur; ib. 26. sed cum esses renuntiatus, ut dixi; ib. V, 38. sed cum de eo mihi iure dicendum sit ..; Caecin. 5. sed cum homines vincula ... vitant, ... confugiunt ..; ib. 100. sed cum considero ..; Cluent. 2. si illo sublato depelli ... omne periculum iudicarem, ... L. Catilinam ... sustulissem. sed cum viderem ..; Catil. II, 4. sed cum sint homines qui ..; ib. 15. sed cum consulari auctoritate et auxilio spoliatam vim tribuniciam viderint, tum ..; Muren. 82. si quem infimo loco ... defenderem, ... tamen ... deprecarer. ... sed cum L. Flacci res agatur ..; Flacc. 25. Lysanias adeptus est ordinem senatorium, sed cum rem publicam nimium amplecteretur, peculatus damnatus est; ib. 43. sed cum se homo volubilis quadam praecipiti celeritate dicendi in illa oratione iactaret ..; ib. 48. si Torquatus Sullam solum accusasset, ego quoque ... nihil aliud agerem nisi cum ... defenderem; sed cum ille tota illa oratione in me esset invectus ..; Sulla 35. sed cum agatur honos meus amplissimus ..; ib. 83. sed cum huic omnia cum honore detracta sint ..; ib. 90. sed cum viderem ..; sen. 34. intellego .. me plura extra causam dixisse quam ... tulerit .. voluntas mea, sed cum me purgatum vobis esse cuperem ..; dom. 32. sed, cum hoc iuris a maioribus proditum sit ..; ib. 77. quae quidem ego si ... ab aliis haberem, non praedicarem apud vos, ... sed cum sint mihi data a vobis ..; har. resp. 16. sed cum T. Annium tanto opere laudes ..; Vatin. 41. ego si essent inimicitiae mihi cum C. Caesare, tamen ... inimicitias in aliud tempus reservare deberem; ... sed cum inimicitiae fuerint numquam ..; prov. cons. 47. sed cum est illud imperitissime dictum de populis fundis ..; Balb. 27. sed cum illam, quae Graecum illud sacrum monstraret et faceret, ex Graecia deligerent, tamen ..; ib. 55. sed cum me expetat; Piso 82. sed cum sit Cn. Plancius is eques Romanus ..; Planc. 32. sed cum mihi ... et pro me aliquid et in M. Antonium multa dicenda sint ..; Phil. II, 10. cum Caesar ostendisset se ... Dolabellam consulem esse iussurum quem negant regem, qui faceret semper eius modi ... —, sed cum Caesar ita dixisset ..; ib. 89. sed cum tam atroci edicto nos concitavisset, cur ipse non adfuit? ib. III, 20. sed cum se Brutum esse meminisset ..; ib. VI, 9. sed ille cum procul esset a consulibus ..; ib. XI, 2. sed cum libertatis avida legio effrenatius in aciem hostium inrupisset ..; ib. XIV, 26. ſ. B. equidem; Deiot. 39. nihil; Cluent. 42.

enim: sed revertar ad crimen: sed enim || etenim || haec facta illius ... viri mentio ... menten (meam) dolore impedivit; Cael. 60.

etiam: sed etiam sedis suae patrias istius iniuriis exagitati reliquerant; Verr. III, 46. fateor, sed etiam legionem esse ab eo sollicitatam ... planum factum est; Cluent. 97. sed etiam hoc || specimen iam hoc || non solum ingenii ac litterarum, verum etiam naturae atque virtutis, ut ..; Arch. 5. decesserat ex Asia frater meus magno squalore, sed multo etiam maiore maerore; Sest. 68. ego me debere bonis omnibus fateor; sed etiam ei, quibus ego debeo, boni viri ... aliquid se ... Plancio debere dicebant; Planc. 68. ſ. B. ne — quidem; Piso 11.

fortasse: sed vos fortasse, quod vos lex commonet, id in hoc loco quaeretis; Verr. III, 40. erat .. severissima scripta (lex) Calpurnia: ... sed tota illa lex accusationem tuam ... fortasse armasset; Muren. 46. sed fui paulo ante *in te* intemperantior fortasse quam debui; Vatin. 1. cum tu salutaribus || salvis || ... rebus tuis, sed fortasse motu aliquo communium temporum ... amicissimi benevolentiam ... desideres || desiderabis ||; Milo 69. sed haec leviora fortasse: illud quaero; Phil. III, 23. sed auspiciorum nos fortasse crimus interpretes; ib. V, 9. eadem, sed fortasse serius decernetis; ib. 34. parvis de rebus, sed fortasse necessariis consulimur; ib. VII, 1. ſ. B. nemo; Verr. III, 94.

exardesco: sic exarsit ad id ..., ut ... diceret; Verr. I, 64. excepi (flammam) et pro patria solus exarsi, sic tamen, ut vos ... me primum ictum pro vobis ... videretis; har. resp. 45.

exeo: utrum tandem bono viro ... optabilius putas sic exire e patria, ut omnes sui cives salutem ... precentur ..? Piso 33.

existimo: ego sic existimo: qui quaeri velit ex eis, quos constat, cum caedes fasta est || facta sit ||, adfuisse, eum cupere verum invcniri || invenire ||; Sex. Rosc. 123. sic primum existimabam, ... civitatem Syracusanam ... non minus esse isti amicam, quam Mamertinam; Verr. IV, 136. velim ... sic existimetis; Caecin. 85. ego .. sic existimo; imp. Pomp. 28. 47. sic .. existimare debetis, ... rem nullam maiorem ... ad populum

Romanum esse delatam; Rabir. 4. sic existimo, sic mihi persuadeo, me tibi ... tantum debuisse; Muren. 7. sic tum existimabam, nihil homines aliud Romae nisi de quaestura mea loqui; Planc. 64.

exprimo: sic sunt expressa ista praeclara ... psephismata; Flacc. 15. sic fuit illa expressa causa, .. ut ... viderentur; Scaur. 26.

exspecto: hoc iudicium sic exspectatur, ut ... putetur; Tull. 36.

facio: sic breviter, quoniam ... casu in eorum mentionem incidi, quasi praeteriens satis faciam universis; div. Caec. 50. atque haec ... sic palam faciebat, ut .. ipsi praedones scirent; ib. V, 62. hoc fere sic fieri solere accepimus, ut ... adliciant; imp. Pomp. 24. sic igitur Plancius nihilo minus quaestor est factus et tribunus plebis et aedilis quam si esset summo loco natus; Planc. 60.

fero: coepit .. sic inflammata ferri libidine, ut eam non pudor ... revocaret; Cluent. 12.

fingo: sic enim fingunt, cum Licinius venisset, ... evolasse ... testis; Cael. 63.

gero: etenim sic C. Verrem praeturam in Sicilia gessisse constat, ut ... rationem duxerit; Verr. II, 154. sic me in hoc magistratu geram ..., ut possim ..; leg. agr. I, 26. is .. sic se gerit, ut sibi iam x vir designatus esse videatur; ib. II, 53. quae nunc ... sic gesta sunt, ut nullum ... furtum umquam sit tam palam inventum; Catil. III, 17.

guberno: quae (civitas) ... sic optimatium consilio gubernatur, ut omnes eius instituta laudare facilius possint quam aemulari: Flacc. 63.

habeo: sic se res habet; Sex. Rosc. 66. sic census habitus est te praetore, ut eo censu nullius civitatis res publica posset administrari; Verr. II, 138. sic habetote: pluris esse a Syracusanis istius adventu deos, quam victoria Marcelli homines desideratos; ib. IV, 131. hodie omnes sic habent, ... istum clam a piratis ob hunc archipiratam pecuniam accepisse; ib. V, 64. sic nos ... misericordes habebimus; Catil. IV, 12. ei sic habeant; Cael. 3. * sic .. se .. res habet; Scaur. c. 3, § 1. ſ. coaequo.

incito: odio .. tui ... sic sum incitatus, ut ... vexatum (te) potius quam despectum vellem dimittere; Vatin. 1. ſ. adhinnio.

infero: sic iste ... Macedonicus imperator in urbem se intulit, ut nullius negotiatoris .. reditus umquam fuerit desertior; Piso 55.

inflammo: sic cupiditate inflammatus est non solum inspiciendi, verum etiam auferendi, ut Diodorum ad se vocaret ac posceret; Verr. IV, 38.

infreno: horum (ducum) alterum sic fuisse infrenatum conscientia scelerum et fraudium suarum, ut ... nullam sit ... litteram mittere ausus; Piso 44.

inludo: eos || illos || sic inludere, quibus omne supplicium ... debetur; Sest. 94.

insequor: sic enim ... insequar fugientem; Fr. B. XII, 1.

instituo: quem tu a puero sic instituisses, ut nobili ne gladiatori quidem faveret; Quinct. 69. „sic tu instituis adulescentis?“ Cael. 39.

intellego: ego sic intellego, iudices: ... haec duo in primis spectari oportere ..; div. Caec. 10. et petendi et defendendi et accusandi molestiam sic intellexi; Muren. 46. coloni ipsi sic intellegunt, non Pompeianos a Sulla magis quam sese esse defensos; Sulla. 60. ego vero sic intellego, ... nos ... perpetuae pacis habere oportere rationem; prov. cons. 30.

interdico: sic nemo umquam interdixit; Caecin. 36.

intueor: ſ. aspicio.

indico: sic enim perspicio, sic iudico, nisi unus adulescens illius .. impetus ... cohibuisset, rem publicam funditus interituram fuisse; Phil. III, 5.

lacero: hanc pecuniam ... abs te sic lacerata esse dico, ut possim illud probare ..; Verr. III, 164.

loquor: etenim sic ratiocinabantur, sic honestissimi homines inter se et mecum loquebantur: ... nulla esse iudicia; Verr. a. pr. 20. sic enim iam tecum loquar; Catil. I, 16. in ea quoque re sic sum locutus, ut omnes intellegerent ..; prov. cons. 28. ad iudicem sic, sed ego apud parentem loquor; Ligar. 30. quis sic loquitur? Phil. III, 22. sic enim homines egentes ... loquebantur; Fr. B. XV, II, 7.

mereo: *meruerat sic, ut augendae rei .. operam dare posset;* Tull. 14.

metuo: timuit mulier .. non suam conscientiam ..., sed ... sic metuit, ne condemnaretur ..; Cluent. 187.

moderor: ſ. cogito; har. resp. 7.

morior: ſ. adficio; Verr. V, 142.

negotior: qui Syracusis sic negotiaretur, ut sui iuris dignitatisque meminisset; Verr. II, 73.

noto: nolo .. iudices ... sic in hac urbe notatos ... ambulare, ut ... videantur; Verr. V, 173.

nudo: civitas ... sic spoliata atque nudata est, ut ... unum signum Byzantii ... nullum haberent; prov. cons. 7.

nuntio: sic .. ei nuntiabatur; Deiot. 11.

obeo: ego Siciliam totam quinquaginta diebus sic obii, ut omnium populorum privatorumque litteras iniuriasque cognoscerem; Verr. a. pr. 6. Asiam ... sic obiit, ut in ea neque avaritiae neque luxuriae vestigium reliquerit; Muren. 20.

obicio: sic enim obiectum est; Cael. 57.

obruo: his testibus ... sic obrutus atque oppressus est, ut ... iudicaret; Verr. I, 20.

obstupesco: ſ. aspicio.

obtineo: sic obtinui quaesturam in Sicilia provincia, ut omnium oculos in me unum coniectos esse arbitrarer; Verr. V, 35.

occupo: volt .. magnitudine rei sic occupare animos eorum, qui audiunt, ut ... relinquatur; Font. 20.

oportet: quia sic oportuerit; Verr. V, 37.

opprimo: ſ. obruo.

parco: huic hominum generi maiores nostri sic parcendum .. arbitrabantur, ut eos ... defenderent; Fr. A. III, 15.

paro: ego .. me ad omnia confirmavi et sic paravi, ut ..; Cluent. 88.

permoveo: sic adulescens ... locupletis metu ... permovit; Flacc. 15.

perspicio: sic .. facillime perspicietis quantam vim omnium remediorum a magistratibus proximis res publica desiderarit; Sest. 55. ſ. iudico.

persuadeo: sic mihi persuadeo, iudices: tametsi omnia in istum hominem convenire putetis, tamen hoc vobis falsum videri; Verr. III, 25. ego mihi sic persuadeo; Caecin. 6. ſ. existimo: Muren. 7.

pervenio: cuius legiones sic in Asiam pervenerint, ut ... dicatur; imp. Pomp. 39.

placeo: frequentissimo senatui (consulatus meus) sic placuit, ut esset nemo qui ..; Phil. II, 12. at sic placuerat, ut Kalendis Iuniis de Caesaris actis ... cognosceretis; ib. 100.

polluo: quae (sacra) ab isto uno sic polluta ac violata sunt, ut ... curaverit; Verr. V, 187.

pono: (Corinthus) erat .. posita ... in faucibus Graeciae sic, ut .. claustra locorum teneret; leg. agr. II, 87.

praesum: cui (provinciae) sic praefuit ...

ut .. civibus .. gratissima esset eius integritas; Ligar. 2.

probo: quae ... scripsisset (Archias), ea sic vidi probari, ut ad veterum scriptorum laudem perveniret; Arch. 18.

proficiscor: Malleolus in provinciam sic [copiose] profectus erat, ut domi prorsus nihil relinqueret; Verr. I. 91.

profundo: sic odium ... in eius imaginem ac simulacrum profuderunt; Piso 93.

prosterno: ut tertius dies sic hominem prosterneret, ut ... deliberaret; Verr. I, 20.

provideo: ſ. effugio. — pugno: ſ. confugio.

puto: largitus est scilicet homo liberalis et dissolutus et bonitate adfluens Fannius Roscio? sic puto; Qu. Rosc. 27.

quaero: sic enim ex te quaero; Vatin. 16.

ratiocinor: ſ. loquor; Verr. a. pr. 20.

recipio: Siciliae civitates sic in amicitiam fidemque recepimus, ut eodem iure essent quo fuissent; Verr. III, 12.

reddo: de laudatione autem ratio sic mihi reddita est; Verr. IV, 141. duorum magistratuum ... ratio sic redditur .., ut ... referatur; Font. 5.

redeo: „quin tu me vides, qui ... ex ea (provincia) sic redii, ut ad portam Esquilinam Macedonicam lauream concucurrim“; Piso. 61.

refrico: sic tuis sceleribus rei publicae praeterita fata refricabis? Piso 82.

relego: sic M. Cato invisus quasi per beneficium Cyprum relegatur; dom. 65.

relinquo: sic Mithridates fugiens maximam vim auri atque argenti ... in Ponto .. reliquit; imp. Pomp. 22.

renuntio: persaepe dixisti tibi sic renuntiari, me habere in animo ..; Cluent. 143.

reperio: sic reperietis frequentiores pontifices de mea domo quam umquam de caerimoniis virginum iudicasse; har. resp. 13. sic enim, iudices reperietis, ... hanc Palatinam Medeam ... huic adulescenti causam .. malorum omnium ... fuisse; Cael. 18.

respondeo: sed de isto custode toto sic vobis brevissime respondebo: non esse hos talis viros commissuros ..; div. Caec. 51. cui si primum sic respondeam, me communis utilitatis habere rationem, non doloris mei; prov. cons. 18.

revertor: sic Haluntini excussis deliciis cum argento puro domum revertuntur; Verr. IV, 52. sic illi tum inanes ad Antiochum revertuntur; Verr. IV, 65.

rogo: neque enim ego sic rogabam, ut petere viderer ..; Planc. 25.

sentio: sic .. sentio, ius legatorum ... divino iure esse vallatum; har. resp. 34. ego ... sic interpretor sensisse maiores nostros, ut ..; Phil. IX, 3.

servo: *rem sic tuto servare voluit;* Tull. 14. mihi certum est hanc eandem distributionem ... sic ... servare, ut omnes intellegant ..; Cluent. 1.

spolio: id ab uno isto sic spoliatum esse, ut nihil omnino sit relictum; Verr. IV, 104. quam (matrem Idaeam) ... sic spoliatam reliquit, ut ..; Verr. V, 186. ſ. diripio. Verr. IV, 122. nudo.

statuo: si populus Romanus ... contentus fuerit ac non sic statuerit, non istum maius in sese scelus concepisse; Verr. I, 9. itaque tum sic statuit, ... insidias Habito comparare; Cluent. 47. sic statuo fieri nullo modo posse ut ..; Muren. 46. quod sic statuo, .. illud in hac civitate esse maxime inlustre atque insigne periurium; har. resp. 36. atque ego sic statuo, iudices, a me in hac causa ... pietatis potius quam defensionis ... partis esse susceptas; Sest. 3. statuebam sic, boni nihil ab illis nugis esse exspectandum; ib. 24. quod sic statuit, omnino consularem legem nullam putare; ib. 135. sic enim statuerat; Phil. V, 20.

sum: sic vita hominum est, ut ... nemo conetur; Sex. Rosc. 84. sic est volgus: ex veritate pauca, ex opinione multa aestimat; Qu. Rosc. 29. sic iste multo sceleratior et nequior quam ille Hadrianus, aliquanto etiam felicior fuit; Verr. I, 70

tollo: sic Apronius decumanus non decumam debitam ... tollit; Verr. III, 54. sic reliqua auctoritas senatus ... sublata est; Milo 14. ſ. adficio; Verr. V, 142. cogo; Verr. III, 37.

tueor: nobilitatem illam inter suos ... sic tuetur, ut maiorem gravitatem ... adsequatur; Cluent. 196.

tutor: hic, qui se est tutatus sic, ut ... auspicia defenderet; Sest. 95.

valeo: haec sententia .. sic per triduum valuit, ut ... omnes mihi adsensuri viderentur; Phil. V, 3.

vasto: per quos ostendam sic provinciam ... vexatam atque vastatam, .. ut eam ... recreare nequeamus; Verr. III, 21.

versor: maximo in bello sic est versatus, ut .. multas res ... sine imperatore gesserit; Muren. 20.

vexo: Macedonia ... sic a barbaris ... vexatur, ut Thessalonicenses ... relinquere oppidum ... cogantur; prov. cons. 4. ſ. vasto.

violo: ſ. polluo.

vivo: qui in patris luxurie sic vixerit, ut nullum umquam pudicum ... convivium viderit; Verr. III, 160. sic vixit, ut muliebria cotidie convivia essent; ib. V, 81. sic vivere ac vixisse Cornelium, ut ... de virtutis praemio in iudicium vocetur; Balb. 65.

voco: sicine tu ... eum ... in discrimen omnium fortunarum vocavisti? Flacc. 81.

utor: itaque ad omnis res sic illa provincia || Sicilia provincia || semper usi sumus, ut ... id non apud eos nasci, sed domi nostrae conditum iam putaremus; Verr. II, 5.

2. **bei Adjectiven und adjectivischen Participien:** deformis: campus Leontinus ... sic erat deformis atque horridus, ut in uberrima Siciliae parte Siciliam quaereremus; Verr. III, 47.

demissus: cum iste repente ex alacri atque laeto sic erat humilis atque demissus, ut ... condemnatus videretur; Verr. a. pr. 17.

dissolutus: quis tam perditus ... nepos ... sic dissolutus fuisset? Quinct. 40.

editus: sic est hic ordo quasi propositus atque editus in altum, ut ab omnibus ventis invidiae circumflari posse videatur; Verr. III, 98.

horridus: ſ. deformis. — humilis: ſ. demissus.

inlustris: omnia, quae dicam, sic erunt inlustria, ut ... possem; Verr. V, 139.

nudus: non sic nudos in flumen deicere; Sex. Rosc. 71.

ornatus: ea domus ante istius adventum ornata sic fuit, ut urbi quoque esset ornamento; Verr. IV, 3.

paratus: nec vero sic erat umquam non paratus Milo contra illum, ut non satis fere esset paratus; Milo 56.

probatus: his ... viris sic probatus fuit, ut utrique eorum et carus maxime et iucundus esset; Sest. 6.

propositus: ſ. editus.

studiosus: praetorem vero cohortemque totam sic studiosam (habuit), ut facile appareret ..; Verr. II, 12.

3. **bei Adverbien:** palam: ſ. 1. facio; Verr. V, 63. — tuto: ſ. 1. servo.

4. **zum Satz:** voltus erat ipsius plenus furoris, ... sermo adrogantiae, sic ut ei iam exploratus ... consulatus videretur; Muren. 49. huius praefectura plena virorum fortissimorum *est*, sic ut nulla tota Italia frequentior dici possit; Planc. 21. visne igitur te inspiciamus a puero? sic, opinor; a principio ordiamur; Phil. II, 44. vgl. 1. sum; Verr. 1, 70.

5. **Lücke:** † sic et si ceperis eos cum adeptus sis, deponere, esset hominis ... ingrati; Muren. 8.

II. **Vergleich:** ohne Partikel: in corpore si quid eius modi est quod reliquo corpori noceat, id uri secarique patimur ..: sic in rei publicae corpore, ut totum salvum sit, quicquid est pestiferum, amputetur; Phil. VIII, 15.

quasi: itaque aedificiis omnibus ... sic pepercit, quasi ad ea defendenda cum exercitu, non oppugnanda venisset; Verr. IV, 120. vestri auxilii est .. huius innocentiae sic in hac calamitosa fama quasi in aliqua .. flamma ... subvenire; Cluent. 4. sic ut me audiatis, quasi hoc tempore haec causa primum dicatur; ib. 8. quod cum esset eius uxor Valeria intestato mortua, sic egit eam rem Flaccus, quasi ad ipsum hereditas pertineret; Flacc. 84. *nisi ... sic egisset eam rem, quasi ad ipsum hereditas pertineret;* Scaur. c. 2, § 4.

quem ad modum: nam quem ad modum turpe est scribere quod non debeatur, sic improbum est non referre quod debeas; Qu. Rosc. 2. quem ad modum ... utrumque ex utriusque persona veri simile videretur, ... sic ... utrumque incredibile est, et Roscium quicquam per avaritiam appetisse et Fanium quicquam per bonitatem || per se bonitate || amisisse; ib. 21. quem ad modum socius in societate habet partem, sic heres in hereditate habet partem; ib. 55. quem ad modum uterque pro sua parte petit, sic pro sua parte dissolvit; ib. quem ad modum suam partem Roscius suo nomine condonare potuit Flavio ..., sic ... tecum partiri non debet; ib. 56. putasne te posse ... ea, quem ad modum locis temporibusque divisa sint, sic criminibus et oratione distinguere? div. Caec. 38. quem ad modum vos propinquis vestris praediis maxime delectamini, sic populo Romano iucunda suburbanitas est huiusce provinciae; Verr. II, 7. ut Capitolium, quem ad modum magnificentius est restitutum, sic copiosius ornatum sit quam fuit; ib. IV, 69. ne quem ad modum ... poena ignavis ab imperatoribus constituitur, sic ... deterior causa sit eorum ..; Caecin. 46. quem ad modum ... nulli me vobis auctores generis [mei] commendarunt, sic ... nullae sunt imagines, quae me a vobis deprecentur; leg. agr. II, 100. quem ad modum propinqui ... mihi ... non fuerunt, sic ... adiutores, auctores hortatoresque ad me restituendum ita multi fuerunt, ut ..; Quir. 9. sic ulciscar facinora eorum singula, quem ad modum a quibusque sum provocatus; ib. 21. ut, quem ad modum discessu meo frugum inopia ... fuisset, sic reditu ubertas agrorum, ... iudicia, ... reducta videantur; dom. 17. *ego non ante comperendinavi, quam, quem ad modum Iuppiter ... imposita insula operuit Typhonem, ...* sic Verrem operuissem Sicilia teste tota; Scaur. 29. ut, quem ad modum cetera, quae dicta sunt a te, sic hoc verissimum reperiatur; Ligar. 33.

sicut: nemo enim, sicut ex improbo patre probum filium nasci sic a pessimo histrione bonum comoedum fieri posse existimaret; Qu. Rosc. 30. sicut aliis in locis parum firmamenti ... veritas habet, sic in hoc loco falsa invidia imbecilla esse debet; Cluent. 5. atque utinam, sicut mihi tota in hac causa versatus ante oculos *es*, sic nunc horum te offeras mentibus; Scaur. 49. sic est iusta causa belli, sicuti Crassus commemoravit cum lugurtha fuisse; Fr. B, XVI, III, 1.

tamquam: hoc ego si sic agerem, tamquam mihi crimen esset diluendum; ib. 166. nonne acerrime, tamquam armato hosti, sic huic legi ... resistetis? leg. agr. II, 85. tamquam bona valetudo iucundior est eis, qui e gravi morbo recreati sunt, quam qui numquam aegro corpore fuerunt, sic haec omnia desiderata magis quam adsidue percepta delectant; Quir. 4. quod in imperita multitudine est vitiosissimum, varietas et inconstantia et crebra tamquam tempestatum sic sententiarum commutatio; dom. 4. iam diu mare videmus illud immensum ... virtute Cn. Pompei sic a populo Romano ... tamquam unum aliquem portum tutum et clausum teneri; prov. cons. 31. Plancum ... sic contemnit, tamquam si illi aqua et igni interdictum sit; Phil. VI, 10.

ut: nam ut illud incredibile est, ... sic hoc veri simile non est ..; Sex. Rosc. 40. ut non omnem frugem ... in omni agro reperire possis, sic non omne facinus in omni vita nascitur; ib. 75. nonne ut ignis in aquam coniectus continuo restinguitur et refrigeratur, sic refervens falsum crimen in purissimam et castissimam vitam conlatum statim concidit et extinguitur? Qu. Rosc. 17. ut heres sibi soli, non coheredibus petit, sic socius sibi soli, non sociis petit; ib. 55. ut in actoribus Graecis fieri videmus, .. sic faciet Alienus; div. Caec. 48. quod, ut hoc tempore nos ab Siculis, sic tum ille ab Sardis rogatus ad causam accesserat; ib. 63. nam ut apertus in corripiendis pecuniis fuit, sic in spe corrumpendi iudicii perspicua sua consilia conatusque omnibus fecit; Verr. a pr. 5. est idem Verres ... ut ad audendum proiectus, sic paratus ad audiendum; ib. I, 2. qui, ut ipsi noti sunt, sic nostrum unum quemque optime norunt; ib. 17. decem enim navis ... populo Romano fecerat, sic ut pro sua quaeque parte Asiae ceterae civitates; ib. 89. non dubito quin, ut mihi ... res haec acerba videtur ..., sic uni cuique vestrum; ib. 112. quae, ut erat acerba et indigna, sic videbatur omnibus; ib. II, 95. sic habent se tabulae, iudices, ut videtis; ib. 191. sic mihi adfecta (Sicilia) visa est, ut eae terrae solent, in quibus bellum ... versatum est; ib. III, 47. placet socios sic tractari, ... ut per haec tempora tractatos videtis? ib. 208. ut illis benignis usus est ad commodandum, sis ipse diligens fuit ad reportandum; ib. IV, 6. nimirum, ut hic nomen suum comprobavit, sic ille cognomen; ib. 57. multi reges ... habent profecto in animo Capitolium sic ornare, ut templi dignitas imperiique nostri nomen desiderat; ib. 68. quae sacra, ut erant re vera, sic appellari Graeca voluerunt; ib. IV, 115. id adeo, .. ut mihi ab illis demonstratum est, sic vos ex me cognoscite! ib. 141. ut illi, ... qui sinus .. obsedisse ... dicuntur, ... sic iste in omnia maria infestus ... imminebat; ib. V, 145. sic existimatis eos hic ... versari, animo demisso ..., ut solent ei, qui ... confugiunt? Font. 33. ut illa per hunc ... defensa est, sic ab huius nunc capite Gallorum impetus ... depellit; ib. 44. ut quaeque res est turpissima, sic maxime ... vindicanda est; Caecin. 7. si, ut Manilius statuebat, sic est iudicatum; ib. 69. ut si qui ... optaret, ... hoc .. optaret, ... sic ... qui postulat, ... hoc postulat ..; ib. 88. ut haec ... proferunt, sic adferant velim ..; ib. 100. ne, ut illis pulcherrimum fuit ..., sic vobis turpissimum sit ..; imp. Pomp. 12. ex suo regno sic Mithridates profugit, ut ... Medea ... profugisse dicitur; ib. 22. cum .. item, ut in Sicilia permulti Venerii sunt, sic illi Larini in Martis familia numera-

rentur; Cluent. 43. ut qui accipere ... consuerunt, ... inimicissimi solent esse, sic ... iudices infesti tum reo venerant; ib. 75. quod si illud iudicium putaretur, ut ceteri ... omni ... dignitate privantur, sic hominibus ... neque ad honorem aditus neque in curiam reditus esset; ib. 119. ut mare ..., sic populum Romanum sua sponte esse placatum; ib. 138. ut corpora nostra sine mente, sic civitas sine lege suis partibus ... uti non potest; ib. 146. non multi mihi ab uno sic diligi videntur, ut hic ab his universis; ib. 198. ut vos nunc de vestris maioribus praedicatis, ... sic vestri posteri de vobis praedicabunt ..; leg. agr. II, 84. ut saepe homines aegri morbo gravi, ... si aquam gelidam biberint, ... multo gravius ... adflictantur, sic hic morbus ... vehementius ... ingravescet; Catil. I, 31. ut aiunt ... eos auloedos esse, qui citharoedi fieri ‖non potuerint, sic non nullos ‖ apud nos ‖ videmus, qui oratores evadere non potuerunt, [eos] ad iuris studium devenire; Muren. 29. ut tempestates saepe certo aliquo .. signo commoventur, ... sic in hac comitiorum tempestate .. saepe intellegas ..; ib. 36. ut ille vidit ..., sic hoc ego sentio ..; Sulla 2. ut ad sceleratorum poenam amore rei publicae sum adductus, sic ad salutem innocentium voluntate deducor; ib. 87. ut ego, quid de me populus Romanus existimaret, ... laboravi ..., sic vos severitatem iudiciorum ... misericordia mitigate; ib. 92. ut in ipsis dis immortalibus non semper eosdem ... solemus .. venerari ..., sic in hominibus de me divinitus meritis omnis erit aetas mihi ad eorum erga me merita praedicanda; sen. 30. quibus ego omnibus antea rebus sic fruebar ut nemo magis; Quir. 4. non iam tibi sic respondebo, ut ceteris; dom. 18. utrum me patria sic accepit, ut lucem salutemque redditam sibi ac restitutam accipere debuit, an ut crudelem tyrannum? ib. 75. ut P. ille Scipio natus mihi videtur ad interitum ... Karthaginis, ... sic T. Annius ad illam pestem comprimendam ... natus esse videtur; har. resp. 6. hodie sic hunc diligit, ut vos facillime potestis ex hac ... eius .. sollicitudine ... iudicare; Sest. 6. ut, si gladium parvo puero ... dederis, ipse ... nemini noceat, ... *sic* ‖ *ita* ‖ cum hominibus ... exsanguibus consulatus tamquam gladius esset datus ..; ib. 24. huius oratio ut semper gravis et grata in contionibus fuit, sic contendo, numquam .. eloquentia ... fuisse maiore; ib. 107. ut tu me carum esse dixisti senatui ... non tam mea causa quam rei publicae, sic ego te ... dico esse odio civitati non tam tuo quam rei publicae nomine; Vatin. 9. quorum moenia ... ut Hercules ipse itinerum ac laborum suorum, sic maiores nostri imperii ac nominis populi Romani esse voluerunt; Balb. 39. spero ..., ut eos ... diligitis et caros habetis, sic, quae ab hoc ... facta sunt, et grata esse vobis et probata; ib. 59. tu vero, ... ut in urbe nequior es inventus quam Gabinius, sic in provincia paulo tamen quam ille demissior; Piso 41. ut levitatis est inanem aucupari rumorem ..., sic est [levis] animi lucem splendoremque fugientis ..; ib. 57. si ... illae undae comitiorum, ut mare profundum et immensum, sic effervescunt quodam quasi aestu, ut ad alios accedant, ab aliis autem recedant; Planc. 15. ut alia in te erant illustriora, Laterensis, ... sic te Plancius hoc non solum municipii, verum etiam vicinitatis genere vincebat; ib. 23. qui ... sic ab illo gravissimo ... viro dilectus est, ut .. contubernii necessitudo ... postulabat; ib. 27. Macedonia sic eum diligit, ut indicant hi principes civitatum suarum; ib. 28. ut ego docco gratiosum esse in sua tribu Plancium, ... sic tu doce sequestrem fuisse ..; ib. 47. ut quas tribus tu tulisti, ... possis quorum studio tuleris explicare, sic ego hoc contendo ..; ib. 48. nemo umquam sic egit, ut tu; ib. 60. ut nos in mancipiis parandis ... hominem, si pro fabro ... emimus, ferre moleste solemus, si eas artis ... forte nesciverit, ... sic populus Romanus deligit magistratus quasi rei publicae vilicos; ib. 62. quid? si, ut ille scivit, Milonem fore eo die in via, sic Clodium Milo ne suspicari quidem potuit? Milo 45. ut illi nocturnus ad urbem adventus .. vitandus ... fuit, sic Miloni ... subsidendum atque exspectandum fuit; ib. 49. nostrae cogitationes .. quae volunt sic intuentur, ut ea cernimus, quae videmus; ib. 79. nostri .. sensus ut in pace semper, sic tum etiam in bello congruebant; Marcell. 16. ut concessisti illum senatui, sic da hunc populo; Ligar. 37. peto ut sic irascatur, ut civi; Phil. I, 27. ut .. propter unius M. Manlii scelus ... neminem patricium Manlium Marcum vocari licet, sic tu propter unius dictatoris odium nomen dictatoris funditus sustulisti; ib. 32. utinam ut culpam, sic etiam suspicionem vitare potuisses! ib. 33. ut .. in seminibus est causa ... stirpium, sic huius .. belli semen tu fuisti; ib. II, 55. ut Helena Troianis, sic iste huic rei publicae belli causa ... fuit; ib. II, 55. licuitne mihi ... hoc tuum beneficium sic tueri, ut tuebar? ib. 60. est .. flamen, ut Iovi, ut Marti, ut Quirino, sic divo Iulio M. Antonius? ib. 110. ut quidam morbo aliquo ... suavitatem cibi non sentiunt, sic ... faciunt verae laudis gustatum non habent; ib. 115. certus .. dies non ut sacrificiis, sic consiliis exspectari solet; ib. III, 2. sic arbitrabar, Quirites, vos iudicare, ut ostenditis; ib. IV. 7. ut vos una mente ... dubitare vos negatis, sic modo decrevit senatus ..; ib. 8. taciam .., ut imperatores ... solent, quamquam paratissimos milites ad proeliandum videant, ut eos tamen adhortentur, sic ego vos ... cohortabor; ib. 11. ut Catilinam diligentia mea ... fregistis, sic Antonii nefarium latrocinium ... felicitate et virtute exercituum ... vestrorum brevi tempore oppressum audietis; ib. 15. ut oratio consulum animum meum erexit ..., sic me perturbasset eius sententia ..; ib. V, 1. ut igitur alia, sic hoc, C. Pansa, praeclare, quod ..; ib. IX, 3. sic animati esse debetis, ut si ille adesset; ib. 12. ut .. si ipsum consulem quid velit, sic pedestrem ex aere statuam tamquam ex eius auctoritate ... decerno; ib. 13. ut cetera exstinguuntur, sic sepulcra sanctiora fiunt vetustate; ib. 14. hoc ... cupio ... sic tecum ut a te dissentiens senator queri; ib. X, 5. ut ... laeti ... inter se impii cives ... gratulabantur, sic me iniquum eierabant, de me querebantur; ib. XII, 18. si, ut ex litteris ... hostium exercitum caesum fusumque cognovi, sic ... D. Brutum egressum iam Mutina esse cognovissem; Phil. XIV, 1. ut .. cursu cursus, sic in viris fortibus virtus virtute superatur; ib. 18. ut .. de universo senatu populus Romanus .. iudicat nullis ... temporibus hunc ordinem ... fortiorem fuisse, sic de uno quoque nostrum ... sciscitantur omnes, avent audire quid quisque senserit; ib. 19. quod (fratres) in se ut corporum, sic virtutum similitudinem esse confident; ib. 34.

sica, Dolch: I. conficit: nuper quidem ... (sica) me ad regiam paene confecit; Milo 37.

conquiescit: quando illius .. sica illa ... conquievit? Milo 37.

eruentat: haec (sica) istam Appiam ... nece Papirii eruentavit; Milo 37.

elabitur, excidit: quotiens tibi iam extorta est ista sica de manibus! quotiens vero excidit casu aliquo et elapsa est! Catil. I, 16.

insidiatur: haec (sica) insidiata Pompeio est; Milo 37.

versatur: non .. iam inter latera nostra sica illa versabitur; Catil. II, 1.

II, 1. accipio: quam (sicam) a Catilina acceperat; Milo 37.

converto: haec eadem (sica) longo intervallo conversa rursus est in me; Milo 37.

defigo: quod eam (sicam) necesse putas esse in consulis corpore defigere; Catil. I, 16.

deprehendo: de gladiis ac sicis, quae apud ipsum erant deprehensa; Catil. III, 10. tum est illa in templo Castoris scelerata ... sica deprehensa; har. resp. 49.

destringo: qui ... duas uno tempore conantur in rem publicam sicas destringere; Fr. B. VIII, 21.

extorqueo: extorta est ei (servo) confitenti sica de manibus; Milo 18. ſ. I. elabitur.

intendo: haec (sica) intenta nobis est; Milo 37.

tracto: cuius arbitrio sicae nunc omnes atque omnia venena tractantur; har. resp. 34.

vibro: hi pueri ... sicas vibrare ... didicerunt; Catil. II, 23.

2. obicio: huic (sicae) ego vos obici pro me non sum passus; Milo 37.

3. careo: [tamen ea (sica) carere diutius non potes]: Catil. I, 16.

4. respondeo de: qui ... aliquid .. de gladiis ac sicis ... respondisset; Catil. III, 10.

III. numerus: ex quibus (aedibus) ille maximum sicarum numerum et gladiorum extulit; Catil. III, 8.

IV, 1. percuti: quaero ab illo, ... ecquid sciat ... Theodosium ... sica percussum? har. resp. 34.

2. cum: quin ... domi Caesaris percussor ... deprehensus dicebatur esse cum sica; Phil. II, 74.

sicarius, Meuchelmörder, Bandit: I, 1. fatetur: quis sicarius ... inveniri potest qui se cum Catilina non familiarissime vixisse fateatur? Catil. II, 7.

ferunt: quid indignius quam ... de eius capite ... conductos et sicarios ... suffragium ferre et eam legem putare? dom. 46.

iugulant, possunt: quos sectores ac sicarii iugulare non potuissent; Sex. Rosc. 151.

postulant: ab his hoc postulare homines sicarios atque gladiatores; Sex. Rosc. 8.

2. sum: „non continuo, si me in gregem sicariorum contuli, sum sicarius“; Sex. Rosc. 94. testimonium dicturus est is qui et sector est et sicarius; ib. 103. confiteor eos, nisi liberatores populi Romani ... sint, plus quam sicarios ... esse; Phil. II, 31.

3. elliptiſch: qui homo? ... vetus videlicet sicarius, homo audax et saepe in caede versatus? Sex. Rosc. 39.

II, 1. adduco: non sicarium ... in vestrum iudicium adduximus; Verr. I, 9.

conloco: in cella Concordiae conlocari ... sicarios; Phil. V, 18.

describo: me videlicet latronem ac sicarium abiecti homines et perditi describebant; Milo 47.

emitto: ſ. IV, 2. cum. — invenio: ſ. I, 1. fatetur.

nosco: qui ne novi quidem quemquam sicarium; Sex. Rosc. 94.

occido: „quod sicarium occiderit“; Phil. XIII, 23.

reperio: neque ... suffragii latorem in ista tua proscriptione quemquam nisi furem ac sicarium reperire potuisti; dom. 48.

video: cum videatis ex altera parte sectorem, inimicum, sicarium eundemque accusatorem hoc tempore; Sex. Rosc. 152.

elliptiſch: indidemne Ameria an hosce ex urbe sicarios? Sex. Rosc. 74.

2. mitto: litteras, credo, misit alicui sicario; Sex. Rosc. 76.

trado: lex erat lata vasto ac relicto foro et sicariis servisque tradito; Sest. 53.

3. disputo cum: mox ... ut cum sicario disputabo; Piso 38.

III, 1. genus: quintum genus est ... sicariorum; Catil. II, 22.

grex: ſ. I, 2. Sex. Rosc. 94.

multitudo: qua re tu hoc ‖ hoc tu ‖ propter multitudinem sicariorum nullo negotio facere potuisti; Sex. Rosc. 80. illam sicariorum multitudinem ... huic crimini putabunt fore; ib. 81. erat tum multitudo sicariorum; ib. 93.

2. lex de: lege de sicariis commisit L. Varenus; Fr. B. II, 6.

res cum: nec mihi erat res cum Saturnino, ... sed ... cum sicario; Sest. 39.

IV, 1. stipari: qui stipatus semper sicariis ... fuit; Sest. 95.

vallari: animadvertebant ... Catilinam ... vallatum indicibus atque sicariis; Muren. 49.

2. a: cum rem publicam a facinorosissimis sicariis et a servis esse oppressam et conculcatam ‖ occupatam ‖ videretis; Sest. 81.

cum: gladiatores tu novicios ... cum sicariis e carcere emissis ante lucem immittas? Sest. 78.

ex: quod ex tota societate, hoc est, ex tot sicariis, solus tu inventus es; Sex. Rosc. 87.

inter: longo intervallo iudicium inter sicarios hoc primum committitur; Sex. Rosc. 11. qui inter sicarios et de veneficiis accusabant; ib. 90. qui inter sicarios damnatus est; Cluent. 21. quid ergo? haec quaestio sola ita gubernatur? quid M. Plaetorii et C. Flaminii inter sicarios? ib. 147. si ostenderis quo modo sis eos inter sicarios defensurus; Phil. II, 8.

siccitas, Dürre: nisi forte mavoltis ... in Sipontina siccitate ... conlocari; leg. agr. II, 71.

sicco, trocken legen: ille palludes siccare voluit; Phil. V, 7.

siccus, trocken, nüchtern: haec ... utrum esse vobis consilia siccorum, an vinolentorum somnia ... videntur? leg. agr. I, 1.'

sicubi, wenn irgendwo: I, 1. atque haec sicubi facta sunt, facta sunt, ut homines populares ... exsilio levarentur; Verr. V, 13.

2.: sicubi aderit Gellius; Sest. 110.

II.: ubi est .. *exceptum* foedere Gaditano, ne quem populus Romanus Gaditanum recipiat civitate? nusquam, ac sicubi esset, lex id Gellia et Cornelia ... sustulisset; Balb. 32.

sicut, sicuti, ſowie, gleichwie, wie: admiror: non .. tantum admiratus sum ego illum virum, sicut omnes, sed etiam praecipue dilexi; Scaur. c. I, § 4.

arbitror: ego, qui ... neque illud crimen tantum ... esse arbitrarer, sicuti ne illi ipsi quidem ... arbitrabantur; Cluent. 50. habuit .. ille (Catilina), sicuti meminisse vos arbitror, permulta maximarum ... signa .. adumbrata virtutum; Cael. 12.

audio: tum vos audiretis, sicut audistis; Verr. I, 29. Cn. Lentulus Marcellinus dissuasit, sicut ipsum dicere audistis; Verr. IV, 53.

coepi: tum ab Staieno, sicut ab homine ad

excogitandum acutissimo, ... auxilium ... petere coepit; Cluent. 67.

cogito: nec vero de illo sicut de homine aliquo debemus, sed ut de importunissima belua cogitare; Phil. VI, 7.

cogo: video vos, .. sicuti res ipsa cogit, commoveri ... orationis impudentia; leg. agr. III, 10.

commemoro: sic est insta causa belli, sicuti Crassus commemoravit cum Iugurtha fuisse; Fr. B. XVI, III, 1.

condono: quam tu totam insulam cuidam tuorum sodalium, sicut aliquod munusculum, condonaras; Verr. III, 85.

confido: si obtinuerit causam Cluentius, sicuti vestra aequitate nixi confidimus; Cluent. 156.

confiteor: cum .. mihi proposui regnantem Lentulum, sicut ipse ex fatis se sperasse confessus est; Catil. IV, 12.

confugio: qui ... sicut in aram confugit in huius domum; Qu. Rosc. 30.

coniungo: quae (Sicilia) ... erat mihi sicut domus una coniuncta; Planc. 95.

conor: cogat alios laudare, sicut in multis conatus est; Verr. II, 139.

debeo: vos attenditis et auditis silentio, sicut facere debetis; Cluent. 156. si tibi gravitas tua et magnitudo animi pluris fuit, sicuti esse debuit, quam acdilitas; Planc. 50. cui (L. Racilio) quidem ego, sicuti Plancio, numquam dissimulavi me plurimum debere; ib. 77. ſ. cogito.

decerno: decernerem plane, sicut multa consulibus, alterum ambove; Phil. XI, 26.

declaro: habuit in matrimonio Caesenniam ... probatissimam feminam, sicut .. ipse ... declaravit; Caecin. 10. consules post hominum memoriam taeterrimi atque turpissimi, sicut et illa principia et hi recentes rerum exitus, declararunt, ... a bonis omnibus defecerant; Planc. 86.

dico: sicuti [Siculi] multi primarii viri multa dixerunt; Verr. II, 149. licet iste dicat emisse se, sicuti solet dicere; ib. IV, 133. quasi hoc tempore haec causa primum dicatur, sicuti dicitur; Cluent. 8. est invidiosa lex, sicuti dixi; leg. agr. III, 5.

do: tabella modo detur nobis, sicut populo data est; Phil. XI, 19.

existimo: rogant. ut se quoque, sicut ceterarum provinciarum socios, dignos existimetis ..; imp. Pomp. 13.

expeto: quod si provinciae consulibus expetendae videntur, sicut saepe *a* multis clarissimis viris expetitae sunt; Phil. XI, 24.

expono: haec, sicuti exposui, ita gesta sunt; Milo 30.

facio: sicuti faciam; Verr. III, 26. praesertim si, sicut nunc ‖ si, ut nunc ‖ fit, custodes amicorum eum sectabuntur; ib. 162. nunc eadem illa ... diligenter, sicut adhuc fecistis, attendite; ib. IV, 102. sicut apud maiores nostros factum est; ib. V, 48. quod ut illi ... perpetuum sit, ... sicuti facitis, ... optare debetis; imp. Pomp. 48. quaero, ut me, .. sicuti facere instituistis, benigne ... audiatis; Cluent. 8. multorum te .. oculi et aures non sentientem, sicut adhuc fecerunt, speculabuntur atque custodient; Catil. I, 6. sicut et tu ipse nuper et multi viri boni saepe fecerunt; Flacc. 86. horum ego faces eripere de manibus et gladios extorquere potui, secuti feci; Sulla 28. huius te cupiditati obsequi, sicuti ego fecissem in conlega meo; Piso 12. ſ. debeo; Cluent. 156.

fero: cum ... habitus sis in liberum loco, sicut mos maiorum ferebat; Verr. I, 40. sicut opiniones hominum ... ferunt; ib. V, 187.

habeo: sicut aliis in locis parum firmamenti ... veritas habet, sic in hoc loco falsa invidia imbecilla esse debet; Cluent. 5.

immolo: quae (hostiae) ab his practoribus de tribunali, sicut a nobis consulibus, ... immolabantur; leg. agr. II, 93.

inrideo: inridebatur haec ... persona viri boni suscepta, sicut in statuis inauratis; Cluent. 101.

instituo: ſ. facio; Cluent. 8.

intendo: quamvis .. intentus animus tuus sit, C. Pansa, sicut est; Phil. XI, 22.

intueor: omnes ... Cn. Pompeium sicut aliquem ... de caelo delapsum intuentur; imp. Pomp. 41.

iubeo: „rationes ad aerarium continuo, sicut lex tua iubebat, detuli“; Piso 61.

iudico: accusatur is, qui non abstulit a rege, sicut Gabinius iudicatus est, ... pecuniam; Rab. Post. 38.

licet: si licuit, sicuti certe licuit ..; Flacc. 59.

loquor: cum ... intentus *est* arcus in me unum, sicut volgo ignari rerum loquebantur, re quidem vera in universam rem publicam; Sest. 15.

malo: ea si tu non es, sicut ego malo; Cael. 50.

maneo: cuius quidem tibi fatum, sicuti C. Curioni, manet; Phil. II, 11.

memini: ut non auderet, sicut meministis, iterum dicere ..; Caecin. 28.

necesse est: qui quamquam de homine, sicut necesse erat, existimabant; Cluent. 49.

obiurgo: obiurgavit M. Caelium, sicut neminem umquam parens; Cael. 25.

ostendo: sicut ostendam; Verr. III, 38.

paenitet: sicuti non numquam me quoque erroris mei paenitet; Cael. 14.

pario: adflicto P. Sulla consulatus vobis parie-batur, sicuti partus est; Sulla 49.

pervenio: quis potest dubitare quin ad istum praedonem frumentarium, sicut Agyrinense frumentum, pervenerit? Verr. III, 76.

peto: multa est ab eo petita, sicut ab Iunio; Cluent. 103. ſ. coepi.

postulo: habemus .. a Caesare, sicut ipsius dignitas ... postulabat, sententiam ..; Catil. IV, 9. illam .. gravitatis ... personam ... sustinui, sicut huius imperii dignitas ... postulabat; Muren. 6.

puto: eam .. animi duritiam, sicut corporis, quod cum uritur, non sentit, stuporem potius quam virtutem putarem; dom. 97.

quaero: quaero abs te, sicut modo in illo capite Anniano de mulierum hereditatibus, nunc in hoc de hereditatum possessionibus ..; Verr. I, 118.

reduco: non reducti sumus in patriam, sicut non nulli clarissimi cives, sed equis insignibus et curru aurato reportati; sen. 28.

reperio: Oppianicus, ut erat, sicuti ex multis rebus reperietis, singulari scelere; Cluent. 23.

reticeo: quae (HS 100) ille cum accepisset ..., sicut in Oppianici iudicio postea, reticuit atque suppressit; Cluent. 99.

scio: ego, qui, sicut omnes sciunt, in foro iudiciisque ita verser ..; div. Caec. 41. mihi ... cum altero .., sicuti plerique vestrum sciunt, magnus usus (est); Cluent. 117. fuit .. ille vir, ... sicuti scitis ..., admirandus; Phil. II, 69.

scribo: si est hoc novum in lege [Iulia], sicuti multa sunt severius scripta quam in antiquis legibus; Rab. Post. 8.

sequor: quas adoptiones, sicut alias innumerabiles, hereditates ... secutae sunt; dom. 35.

soleo: sinite ..., sicut poëtae solent, ... praeterire me nostram calamitatem; imp. Pomp. 25. ſ. dico; Verr. IV, 133.

sum: quamvis ille felix sit, sicut est; Sex. Rosc. 22. quod homines etiam locupletes, sicut

ille est, in Sicilia facere consueverunt; Verr. III, 53. equestres sunt medio in foro Marcellorum statuae, sicut fere ceteris in oppidis Siciliae; ib. IV, 86. reliquos *si*, sicut consuetudo est, universos ad palum adligasset; ib. V, 71. quarum erat in illis locis, sicuti in magna parte Siciliae, multitudo; ib. 87. sicut erat nuper consuetudo; ib. 93. ut de felicitate, ... sicut aequum est homines de potestate deorum, timide et pauca dicamus; imp. Pomp. 47. quo in genere, sicut in ceteris rei publicae partibus, est operae pretium diligentiam maiorum recordari; leg. agr. II, 73. ut aditus ad consulatum .., sicut apud maiores nostros fuit, non magis nobilitati quam virtuti pateret; Muren. 17. Capuacne te putabas ... consulem esse, sicut eras eo tempore, an Romae? sen. 17. amicus esse, sicut semper fui, rei publicae debeo; prov. cons. 19. erit inter eos etiam, qui nascentur, sicut inter nos fuit, magna dissensio; Marcell. 29. si .. (poena) est in exsilio, sicuti est, quid amplius postulatis? Ligar. 13. nam etiam malo multi digni, sicut ipse; Phil. III, 22. quamvis impii nefariique sint, sicut sunt; ib. IV, 9. tibi cum Lepido societas aut cum ullo ... bono cive, sicut ille est? ib. XIII, 34. ſ. debeo; Planc. 50.

sumo: frumentum ab eis sumpseritne C. Verres, ... sicuti superiores? Verr. IV, 150.

supprimo: ſ. reticeo.

versor: atque utinam, sicut mihi tota in hac causa versatus ante oculos *es*, sic nunc horum te officras mentibus! Scaur. 49.

video: videamus nunc strictim, sicut cetera, quae post mortem Sex. Roscii abs te ... facta sint ‖ facta sunt ‖; Sex. Rosc. 95. in foro L. Antonii statuam videmus, sicut illam Q. Tremuli ... ante Castoris; Phil. VI, 13.

Lücke: * sicut, videtis edictum ; Verr. II, 34.

sigillatus, mit Bildern verziert: „iubet me scyphos sigillatos ad praetorem statim adferre“ ; Verr. IV, 32.

sigillum, Figur, Bild: I. sunt: apposuit patellam, in qua sigilla erant egregia; Verr. IV, 48.

II. avello: sed tamen ... sigillis avolsis reliquum argentum sine ulla avaritia reddidit; Verr. IV, 48.

tollo: duo tamen sigilla perparvola tollunt; Verr. IV, 95.

III. patella cum: qua in domo haec non essent, ... patella grandis cum sigillis ac simulacris deorum, patera ..; Verr. IV, 46.

signifer, Fahnenträger, Anführer, Leiter: 1. audet: qui cum tantum ausus sit ustor pro mortuo, quid signifer pro vivo non esset ausus? Milo 90.

2. sum: sit in eius exercitu signifer; Verr. II, 77. qui esset futurus dux et signifer calamitosorum; Muren. 50. cum princeps, cum auctor, cum signifer esset iuventutis; Sulla 34. quis est Sergius? armiger Catilinae, ... signifer seditionis ..; dom. 13. qui nostrae causae duces et quasi signiferi fuissent; Planc. 74.

significatio, Zeichen, Andeutung, Kundgebung: I. declarat: haec populi Romani tanta significatio ... quid declaravit nisi ..? Sest. 125. quoniam significatio vestra satis declarat quid hac de re sentiatis; Phil. XIV, 6.

est: quae tum significatio fuerit omnium, quae declaratio voluntatis ab universo populo Romano ... equidem audiebam; Sest. 122.

II. corrumpo: comitiorum et contionum significationes sunt non numquam vitiatae atque corruptae; Sest. 115.

refero: ut in eis rebus ... nulla significatio furti ... referatur; Font. 5.

reperio: nullius in tabulis ulla huius furti significatio ... reperietur; Font. 3.

vitio: ſ. corrumpo.

III. fretus: quae quidem ego neque mea prudentia neque humanis consiliis fretus polliceor vobis, .. sed multis et non dubiis deorum immortalium significationibus; Catil. II, 29.

IV, 1. adligari: equidem nihil tam proprium hominis existimo quam non modo beneficio, sed etiam benevolentiae significatione adligari; Planc. 81.

decorari: quibus .. consistere in operarum contionibus non liceat, eos omni populi Romani significatione decorari; Sest. 127.

denotare: qui ... una significatione [litterarum] civis Romanos necandos ... denotavit; imp. Pomp. 7.

florere: temporibus illis, qui populares erant, ... populi iudiciis atque omni significatione florebant; Sest. 105.

2. in: qui ... cum ... testamentum .. mutare cuperet, in ipsa significatione huius voluntatis est mortuus; Cluent. 31.

significo, bezeichnen, andeuten, zu erkennen geben: I. **absolut:** alqs: ut ipse non solum vita, sed corpore atque ore significat; Verr. III, 22.

canes: ut (canes) significent si fures venerint; Sex. Rosc. 56. significant tamen, si qui noctu in Capitolium venerint; ib.

epistula: ut ipsa (epistula) significat; Verr. III, 154.

II. **mit Ergänzung:** 1. **indirecte Frage:** istae ipsae leges ... significant quam noluerint maiores nostri ... hominem occidi; Tull. 49. omnibus rebus ... populus Romanus significat quid sentiat; Flacc. 96. cum (Q. Metellus) ... significabat interruptis atque morientibus vocibus, quanta impenderet procella mihi; Cael. 59. quae studia ... in adulescentia ... significant quae virtutis maturitas et quantae fruges industriae sint futurae; ib. 76. ſ. III. alqd; Sest. 10.

2. **accus. c. infin.:** hoc significant atque adeo aperte ostendunt, sese ad statuas tuas pecuniam ... invitissimos contulisse; Verr. II, 148. quae (tabulae) significant multis nominibus eos homines versuram a Carpinatio fecisse; ib. 186. ne id quidem satis significat illum non suum negotium gessisse? ib. III, 112. quod (vestigium) significet pecuniam M. Fonteio datam; Font. 12. ludos esse pollutos significastis ac plane dicitis; har. resp. 25. significat se illi esse amicissimum; ib. 51. idem (accusatores) .. significant nihil se te invita dicere; Cael. 35. gratificatur mihi gestu accusator: inscientem Cn. Pompeium fecisse significat; Balb. 14. cum omnes ... significarent se ... memoriam veteris doloris abiecisse; Phil. I, 30.

III. **mit Object:** alqm: non .. credo significari isto loco illum, qui se erigit, Heraclidem; Flacc. 45. hinc intellegetis nulla tenuissima suspicione describi aut significari Cornelium; Fr. B. VI, 52.

alqd: quid haec amentia, quid haec festinatio, quid haec immaturitas tanta significat? Quinct. 82. quid hic incredibilis cursus, quid haec tanta celeritas festinatioque significat? Sex. Rosc. 97. nam id significare nutu videtur; Verr. III, 26. hoc enim mihi significasse et adnuisse visus est; ib. 213. video quosdam .. strepitu significare nescio quid; leg. agr. III, 2. quod .. ex aliquo diiuncto diversoque monstro significatum caveremus, id ... non pertimescemus? har. resp. 26.

et quaerimus di immortales quae loca desiderent, quid significent? ib. 32. ut iam puerilis tua vox possit aliquid significare inimicis nostris, quidnam, cum se conroborarit, effectura esse videatur; Sest. 10. est aliquid etiam de virtute significatum tua; Planc. 52. (Clodius) significavit hoc saepe in senatu; Milo 26. ſ. II, 2. Verr. II, 148.

adventum: non enim ... praedonum adventum significabat ignis e specula sublatus; Verr. V, 93.

calamitatem: prope lugubri verbo calamitatem provinciae Siciliae significat; Verr. III, 126.

contumaciam: an vero ex hoc illa tua singularis significatur insolentia, superbia, contumacia? Verr. IV, 89.

curam: ut non solum testimonium suum iudiciumque significent, verum etiam curam animi ac dolorem; Cluent. 196.

dignitatem: si dignitas significaretur in nomine; Phil. II, 70.

dolorem: ne (homines) hunc suum dolorem veste significarent; Sest. 32. huius in periculo non significarem dolorem meum? Planc. 76. ſ. curam.

insolentiam: ſ. contumaciam.

iudicium: tribus locis significari maxime populi Romani iudicium ac voluntas potest, contione, comitiis, ludorem gladiatorumque consessu; Sest. 106. ſ. curam.

largitionem, liberalitatem: quae (benignitas) liberalitatem magis significat quam largitionem; Muren. 77.

religionem: quae (arulae) cuivis religionem sacrarii significare possent; Verr. IV, 5.

res: videtis .., hoc uno verbo UNDE significari duas res, et ex quo et a quo; Caecin. 88.

sententiam: cum tu ... verbo numquam significaris sententiam tuam tantis in naufragiis civitatis; Piso 9.

studia: quae (studia) voltu et verbis saepe significassent; Milo 4.

stultitiam: cum intercessio stultitiam intercessoris significatura sit; leg. agr. II, 30.

superbiam: ſ. contumaciam.

suspicionem: voltu .. laboratis ne qua significari possit suspicio cupiditatis; Font. 28.

testimonium: ſ. curam.

vestigium: ut obiectum nihil sit quo significari vestigium libidinis ... possit; Font. 40.

virum: quem (virum) ne inimicus quidem satis in appellando significare poterat, nisi ante laudasset; Font. 39.

voluntatem: maximo clamore suam populus Romanus significavit voluntatem; Verr. a. pr. 45. qui hominis ... seditiosi imagine ... suam significaret imitandae improbitatis voluntatem; Rabir. 24. parumne haec significant incredibiliter consentientem populi Romani universi voluntatem? Phil. I, 36. ſ. iudicium.

signo, prägen: erat ea navis ... plena argenti tacti atque signati; Verr. V, 63.

signum, Zeichen, Merkmal, Spur, Vorzeichen, Feldzeichen, Signal, Bild, Siegel, Sternbild: I. **absolut:** 1. comparent: signa ... comparere || comparare || omnia; Verr. I, 132.

conspicit: si illud signum ... solis ortum ... conspiceret; Catil. III, 20.

delabitur: quod (signum) de caelo delapsum Vestae custodiis continetur; Phil. XI, 24.

delectant: signa ... Graecos homines nimio opere delectant; Verr. IV, 132.

est: sunt et haec et alia in te falsi accusatoris signa permulta; div. Caec. 29. quae signa nunc Verres, ubi sunt? Verr. I, 51. ex quibus quaererem signa scirentne *ibi* fuisse, quae *nunc* non essent? ib. dices tua quoque signa ... ornamento urbi foroque populi Romani fuisse; ib. 58. erant signa ex aere complura; ib. II, 87. nego in Sicilia tota ... signum ullum aëneum, marmoreum, eburneum (fuisse); ib. IV, 1. in quo (sacrario) signa pulcherrima quattuor (erant); ib. 4. signum erat hoc, quod dico, Cupidinis e marmore; ib. 5. erant aënea duo praeterea signa; ib. esse illa signa domi suae; ib. 16. erat admodum amplum et excelsum signum cum stola; ib. 74. in eo sacrario intimo signum fuit Cereris perantiquum; ib. 99. ante aedem Cereris in aperto ac propatulo loco signa duo sunt; ib. 110. praeterea duo templa sunt egregia, Cereris unum, alterum Liberae signumque Apollinis; ib. 119. si recordari volueritis quanta religione fuerit eadem specie ac forma signum illud; ib. 129. in urbe nostra quod signum, quae tabula picta est quae non ab hostibus victis capta atque deportata sit? Verr. V, 127. litterae ... integris signis praetoribus traduntur; Catil. III, 6. quo (signo) salvo salvi sumus futuri; Phil. XI, 24. ſ. IV, 1. alqd.

videntur: mihi ... illa certissima visa sunt argumenta ... sceleris, tabellae, signa, manus; Catil. III, 13.

locus: hanc ego causam cum agam beneficio populi Romani de loco superiore; Verr. I, 14. primum ipse in Sicilia saepe et palam de loco superiore dixerat; ib. II, 102. qui haec, quae dico, iam non occulte, ... sed palam de loco superiore ageret; ib. IV, 49. haec ... agebantur in conventu, palam, de sella ac de loco superiore; ib. 86. in quibus (plagis) te ab eodem me superiore ex loco confici et concidi necesse est; ib. V, 151. deiectus .. qui potest esse quisquam nisi in inferiorem locum de superiore motus? Caecin. 50. qui se praecipitatos ex locis superioribus dicerent; ib. statim complures cum telis in hunc faciunt de loco superiore impetum; Milo 29.

memoria: multi .. superiore memoria cives Romani ... alias se in civitates contulerunt; Balb. 28.

nox: quid proxima, quid superiore nocte egeris, ... quem nostrum ignorare arbitraris? Catil. I, 1. recognosce .. mecum noctem illam superiorem; ib. 8. omnia superioris noctis consilia ad me perlata esse sentiunt; ib. II, 6. dico ... superiore nocte cuiusdam hominis nobilis ... domum Catilinam et Antonium cum sequestribus suis convenisse; Fr. B. VIII, 1.

nuptiae: non paricides .. ipsos (timuisse), superiorum testis nuptiarum; Cluent. 15.

oratio: illa superior fuit oratio necessaria, haec erit voluntaria; Qu. Rosc. 15. superiore omni oratione perattentos vestros animos habuimus; Verr. III, 10.

pars: superiore parte legis quem ad modum Pompeium oppugnarent a me indicati sunt; leg. agr. I, 5. quod superiore parte legis praefinitum fuit; ib. 10.

praetores: superiorum praetorum consuetudo cum haec fuisset; Verr. V, 43. quibus superiores omnes [praetores] item ut ceteris imperarant; ib. 53.

quaestio: venerni iam suspicio superiore quaestione sublata (est); Cluent. 184.

stultitia: huius ipsius facti stultitiam alia || illa || iam superior stultitia defendit; Rab. Post. 24.

tempus: utriusque temporis fructum tuli maximum: superioris, quod ... et senatum et omnis bonos meae salutis causa mutata veste vidi, posterioris ..; dom. 99.

tribuni: qui ... iam a superioribus tribunis petierit, ut ..; sen. 29.

tyranni: ac videte quanto taetrior hic tyrannus [Syracusanus] fuerit quam quisquam superiorum; Verr. IV, 123.

vir: facit heredem ... ex duabus sextulis M. Fulcinium libertum superioris viri; Caecin. 17. in qua (domo sedeque) cotidie superioris viri mortis indicia ... videret; Cluent. 188.

vita: nihil alienum tamen vita superiore commisit; Quinct. 98.

uxor: cum morte superioris uxoris novis nuptiis domum vacuefecisses; Catil. I, 14.

B. **allein: a. masc.:** I. sumunt: frumentum ab eis sumpseritne C. Verres, ... sicuti superiores? Verr. IV, 150.

II. invito: cum magistratum aut aliquem superiorem invitasset; Verr. IV, 44.

restituo: tribuniciis superiores illi rogationibus ... sunt restituti; Quir. 10.

supero: ut longe superiores omnis hac dignitate copiaque superarem; Quir. 9. cogitarat omnis superiores muneris splendore superare; dom. 111.

vinco: si superiores consilio vicisti; Verr. III, 41. tanto ille superiores vicerat gloria, quanto ..; Deiot. 12.

III. alqs: idcirco nemo superiorum attigit, ut hic tolleret? Verr. IV, 7.

auctoritas: auctoritatem superiorum repudiatam? Verr. III, 39. quod ... omnium superiorum auctoritatem repudiarit; ib. 48. hunc omnium superiorum, huius autem omnis, qui postea fuerint, auctoritatem dico secutos; Font. 1.

consuetudo: iam vero illud non solum contra legem Hieronicam nec solum contra consuetudinem superiorum; Verr. III, 38.

edicta: scio te edicta superiorum omnium correxisse; Verr III, 16.

instituta: ut ab institutis superiorum, ab auctoritate senatus ... ne recedatur; Verr. II, 38. cum successor aliquid immutat de institutis superiorum; Flacc. 33.

memoria: tot homines nocentis et improbos accusatos et vestra et superiorum memoria scitis esse; Verr. III, 64.

sanguis: si summi ... viri Saturnini ... et superiorum complurium sanguine non modo se non contaminarunt, sed etiam honestarunt; Catil. I, 29.

IV. a. indignum est a pari vinci aut superiore; Quinct. 95.

b. neutr.: I. sunt: cuius (Bruti) ut superiora omittam, quae sunt maxima illa quidem, sed adhuc hominum magis iudiciis quam publice laudata; Phil. V, 35.

ohne Verb: sed haec, ut dixi, superiora; Phil. III, 8.

II. fero: „superiora illa, quamquam ferenda non fuerunt, tamen, ut potui tuli“; Catil. I, 18.

laudo: ſ. 1. sunt.

omitto: ut superiora omittam; Phil. X, 4. ſ. 1. sunt.

C. supremus: dies: quem cum supremo eius die Maximus laudaret; Muren. 75. ut ... spoliatus illius supremi diei celebritate ... amburetur abiectus; Milo 86. acerbissimum eius supremum diem malim quam L. Cinnae dominatum; Phil. I, 34. placere eum quam amplissime supremo suo die efferi; ib. IX, 16.

D. summus: A. **bei Substantiven:** alqd: neque hoc tanto opere quaerendum videretur, haec summa in illis esse; Quinct. 2. in quo summa sint omnia; imp. Pomp. 13. summa .. omnia sunt, .. sed ea magis ex aliorum contentione ... intellegi possunt; ib. 36. in uno Cn. Pompeio summa esse omnia; ib. 51. illa .. certe, quae (in me) summa sunt, ex quo fonte hauriam sentio; Arch. 13. certe haec in illa causa summa omnia fuerunt; Milo 19.

acerbitas: quid .. potest dicere cur ista editio non summam habebat acerbitatem? Planc. 39.

aequitas: qui summa aequitate et sapientia ius dixit; Tull. 8.

aestas: cum vero aestas summa esse coeperat; Verr. V, 29. nam aestate summa ... domo sua regia ... contentus non fuit; ib. 80.

alacritas: frequentia vestrum ... et alacritatem mihi summam defendendae rei publicae adfert et spem recuperandae; Phil. IV. 1.

ambitio: hic magistratus a populo summa ambitione contenditur; Verr. II, 131.

amentia: cum ... singularis audacia ostenda tur necesse est, neque audacia solum, sed summus furor atque amentia consequatur: ib. 66.

amicus: „summum amicum, summo in bello, ... summo ingenio praeditum!“ Sest. 121.

amor: rem publicam ... deorum .. summo erga vos amore, laboribus, consiliis, periculis meis ... vobis conservatam ... videtis; Catil. III, 1. qui nuper summo cum imperio fuerit, summo autem in amore esse ... non potuerit; Flacc. 18. nimiae pietatis et summi amoris in patriam vicissim nos poenas ... sufferamus; ib. 96. qui ... propter summam familiaritatem summumque amorem in patrem tuum ... patris tuis periculis commovebatur; Sulla 12. hoc ... summi in patriam amoris mei signum esse debet certissimum, quod ... malui; Sest. 49.

amplitudo: ut ... summa .. amplitudine dignus putarere; Muren. 16. ſ. auctoritas; Sex. Rosc. 2.

angustiae: qui hunc in summas angustias adductum putaret; Quinct. 19.

aratores: Agyrinensis est in primis honesta Siciliae civitas hominum ante hunc praetorem locupletium summorumque aratorum: Verr. III, 67. at quorum hominum (civitas)? summorum aratorum; ib. 75. amandat hominem ... quo? ... ad Centuripinos, homines maxime mediterraneos, summos aratores; ib. V, 70.

ars: in quibus eburneae Victoriae, ... summa arte perfectae; Verr. IV, 103. idcirco illa in omni parte orationis summa || suae || arte aspergi videbatis; Balb. 56.

artifex: quod ... summus artifex ... egit ... meam causam; Sest. 120.

artificium: erat etiam Stesichori poëtae statua senilis, incurva cum libro, summo, ut putant, artificio facta; Verr. II, 87. in quo (sacrario) signa pulcherrima quattuor. summo artificio, summa nobilitate (erant); ib. IV, 4. in eis pocula quaedam ... Mentoris manu summo artificio facta; ib. 38. *erant* autem haec omnia antiquo opere et summo artificio facta; ib. 46.

avaritia: cum mittantur in orbem terrarum x viri summo cum imperio, summa cum avaritia; leg. agr. I, 9.

auctoritas: in quibus summa auctoritas est atque amplitudo; Sex. Rosc. 2. hoc initio est summa cum auctoritate usus; Verr. a. pr. 44. circumstant te summae auctoritates; ib. 52. summa hominum || hominis || auctoritas pretio superabatur; ib. I, 125. prudentissimi viri, summa auctoritate praediti, ... nomen Hieronicae legis mutare noluerunt; ib. III, 19. defendebat Xenonem homo summo splendore et summa auctoritate praeditus; ib. 55. nisi mecum ipse senex ... summa cum auctoritate esset locutus; ib. 62. cum hoc mihi primum Halaesae demonstravit in senatu Halaesinorum homo summo ingenio, summa prudentia, summa auctoritate praeditus; ib. 170. an M. Annii ... summa auctoritas paulo diligentiorem (te) ... fecerat? ib. V, 156. tamenne plus Gallorum consensio valebit quam summae auctoritatis hominum? Font. 16. quem ad modum hominem summo consilio, summa virtute, summa auctoritate domestica praeditum ... retinere possemus; Caecin. 102. P. Quintilius Varus, homo summa religione et summa auctoritate praeditus; Cluent. 53. qui ... ad negotium exierunt, non maximis opibus neque summa auctoritate praediti; leg. agr. I, 8. tametsi (auctoritas tua) summa est; Muren. 16. „quippe“ inquit „tu mihi summum imperium, summam auctoritatem ... petas?“ ib. 74. adest vir summa auctoritate et religione et fide, M. Lucullus; Arch. 8. non .. pro meo reditu ... L. Diadematus consularis, summa auctoritate vir, (deprecatus est); Quir. 6. si M. Petrei ... non summa auctoritas apud milites ... exstitisset; Sest. 12. qui excitatus .. summa auctoritate P. Servilii ... eonlacrimavit vir egregius ac vere Metellus ..; ib. 130. vir summa auctoritate, summa eloquentia dixit ..; prov. cons. 45. quae comitia primum habere coepit consul .. omnibus in rebus summa auctoritate; Planc. 49. cum essent tales virtute, auctoritate, nobilitate summa viri; Phil. XI, 27. minus me commovit hominis summa auctoritas; Fr. C. 24.

audacia: instant atque urgent summo cum studio, summa cum audacia; Font. 44.

auxilium: ut illud summum auxilium maiestatis atque imperii ... de re publica tolleretur; Rabir. 2. curia, summum auxilium omnium gentium; Catil. IV, 2.

bellum: quorum summum quondam inter ipsos odium bellumque meministis; Phil. XI, 2. ſ. amicus.

beneficium: a quo summum beneficium acceperat; Verr. I, 124. ut ... crebras postea litteras ad socios de istius summis officiis in rem communem beneficiisque mitteret; ib. II, 172. hoc vix ab Apronio in summo beneficio ... impetratum est; ib. III, 115. a quo summum beneficium acceperant; ib. V, 48. est C. Curio, summis vestris beneficiis ..., summo ingenio et prudentia praeditus; imp. Pomp. 68. quem ... patria propter recentem summi beneficii memoriam complexa teneat; Flacc. 5 (3, 31). cum hunc clarissimum virum, summo genere natum, summis populi beneficiis usum, ... a pedisequis conculcari iuberes; dom. 110. Q. Metellus Nepos nonne consul ... absens mecum summo suo beneficio rediit in gratiam? prov. cons. 22. *ut* (C. Caesar) ... summa in eam civitatem huius rogatu studia et beneficia contulerit; Balb. 43. summa in rem publicam merita beneficiaque eorum grata esse senatui populoque Romano; Phil. VI, 6.

benevolentia: omnium vicinorum summam esse in hunc benevolentiam confirmamus; Cluent. 198. quod .. summae benevolentiae est; Marcell. 34. summae benevolentiae indices falsi exstiterunt in amore simulato; Phil. XI, 5.

benignitas: summa est ... hominis in communem municipii rem diligentia, in singulos municipes benignitas, in omnis homines iustitia et fides; Cluent. 196. etsi me ... summa cum benignitate auditis; Sest. 31.

bona: quae non modo summa bona, sed nimirum audebo vel sola dicere; Marcell. 19. quae omnes docti atque sapientes summa ... bona esse dixerunt; Deiot. 37.

caerimonia: sacra Cereris .. summa maiores nostri religione confici caerimoniaque voluerunt; Balb. 55.

caritas: cum alter annus in vilitate, alter in summa caritate fuit || fuerit ||; Verr. III, 216. tanta repente vilitas annonae ex summa inopia et caritate rei frumentariae consecuta est; imp.

Pomp. 44. frumenti in summa caritate maximum numerum miseram; Planc. 64. nihil horum sine ... summa caritate vestri ordinis loquor; Rab. Post. 15.

castimonia: quae sacra per summam castimoniam virorum ac mulierum fiant; Verr. IV, 102.

causa: ubi iste summae rei causaeque nocere nihil posset; Verr. I, 38.

celeritas: Sestius cum illo exercitu summa celeritate C. Antonium consecutus est; Sest. 12.

civis: quo fortissimum ac summum civem in invidiam homo castus ... vocaret; Sest. 93. qui (L. Vettius) ... confessus esset se ... mortem Cn. Pompeio, summo et clarissimo civi, .. offerre voluisse; Vatin. 24.

concordia: ad ea .. praesidia, quae habemus, iam accedent consules summa prudentia, virtute, concordia; Phil. III, 36.

coniunctio: cum (P. Apuleius) me pro summa nostra coniunctione et familiaritate liberare suspicione fascium vellet; Phil. XIV, 16.

consensus: eum .. summo consensu populi Romani consulem fieri videbat; Milo 25. ille quidem fructum omnis ante actae vitae ... maximum cepit .. summo consensu senatus; Marcell. 3. cum ... summo .. consensu militum veteranorum ... a gravissimis periculis populus Romanus defensus sit; Phil. III, 38.

consilium: ipse (Fonteius) ... in re militari .. summi consilii et maximi animi; Font. 41. in quo omnes ... summum consilium, summam gravitatem esse cognovistis; imp. Pomp. 68. est .. bonorum ... civium ... summum in consulibus imperium, summum in senatu consilium putare; Rabir. 3. hoc .. in bello L. Murenam legatum ... summi consilii ... cognitum esse defendimus; Muren. 34. pater eius, homo ... summi consilii, ... cum esset aeger ..; Sulla 34. summum est populi Romani populorumque et gentium omnium ac regum consilium senatus; dom. 73. qui (populus) numquam, ut tu, summi consilii gubernationem || quae numquam populus ab summi consilii gubernatione || auferre conatus est; Vatin. 36. (consules) sunt ... summo consilio; Phil. III, 2. turpe est summo consilio orbis terrae ... consilium intellegi defuisse; ib. VII, 19. P. Africanus ... dixit ... in fratre suo summam virtutem esse summumque consilium; ib. XI, 17. ſ. auctoritas; Caecin. 102.

constantia: non movit hominem summa gravitate summaque constantia; Sest. 88. summa constantia ad ea, quae quaesita erant, respondebat; Phil. I, 2. alterum (equitatum) in Macedonia Cn. Domitius adulescens summa virtute, gravitate, constantia a legato Syriaco abduxit; ib. X, 13.

consuetudo: qui iam cum isto summa consuetudine ... coniunctus esset; Verr. II, 172.

contentio: quae (pugna) cum rege commissa est et summa contentione pugnata; Muren. 34.

continentia: nisi eius ... summam fidem, continentiam, pietatem, innocentiam ostendero, nihil de poena recusabo; Planc. 3.

copia: cui summam copiam facultatemque dicendi natura largita est; Quinct. 8. multa pro tua summa copia ... dicendi ... dixisti; imp. Pomp. 52. erat .. Romae summa copia patronorum; Cluent. 109. non utar exemplorum copia, quae summa est; ib. 126. egit (P. Lentulus) causam summa cum gravitate copiaque dicendi; Sest. 107. qui (C. Piso) in summa copia optimorum adulescentium pari continentia ... reliquit neminem; Vatin. 26. in summa amicorum copia cum familiarissimis eius est adaequatus; Balb. 63.

crudelitas: summae nobis crudelitatis ... fama subeunda est; Patil. IV, 12.

cupiditas: si Atheniensium sacra summa cupiditate expetuntur; Verr. IV, 108.

cura: summa cura cum tuae tum multo etiam magis suae famae pepercisset; Verr. II, 49. haec omnia summa cura et diligentia recognita ... sunt; ib. 190. omnia .. provisa ... cum mea summa cura ... tum multo etiam maiore populi Romani ad summum imperium retinendum ... voluntate; Catil, IV, 14. „nisi laborem summa cum cura ceferas“; Sest. 102

custodia: si meam in illum indulgentiam coniunctam cum summa custodia rei publicae laudare vere solebatis; Sect. 8.

dedecus: ei misero ... omnia vitae ornamenta per summum dedecus et ignominiam deripi convenire; Quinct. 64. utrum malit cervices Roscio dare an insutus in culeum || culeum supplicium parricidorum || per summum dedecus vitam amittere; Scc. Rosc. 30. cum maiores summum admisisse dedecus existimabant; ib. 111. sunt omnia cum summo dedecore tum singulari stultitia atque inhumanitate oblita; Verr. III, 8. cum ... hic .. nihil possit offensionis accipere ... sine summo dedecore vitae et turpitudine; Cluent 10. velim existimes ... sententiam tuam .. cum summo dedecore miserrimam pestem importaturam esse regibus; Deiot 43. libidinosis, ... impuris, ... ebriis servire, ea summa miseria est summo dedecore coniuncta; Phil. III, 35.

deformitas: constat .. illam cum deformitate summa fuisse tum etiam senectute; Scaur. c. 4, § 6.

detrimentum: ut peccare sine summo rei publicae detrimento ac periculo non possitis; Verr. I, 22.

difficultas: ostendit se in summa difficultate esse nummaria; Verr. II, 69. id nunc, ... summa in difficultate navium, a C. Verre pretio adsecuti sunt; ib. V, 51.

dignitas: summam video esse in te ... dignitatem generis; Muren. 15. summa in utroque est honestas, summa dignitas; ib. 21. summa dignitas est in eis, qui militari laude antecellunt; ... summa etiam utilitas; ib. 24. cum ante me ... dixisset .. vir summa dignitate et diligentia et facultate dicendi, M. Crassus; ib. 48. non accusares ... pudentissimum hominem, summa dignitate atque honestate praeditum; ib. 64. in quo summa est dignitas; ib. 76. numquam .. existimavi .. D. Laelium, ... optima .. spe praeditum summae dignitatis, .. suscepturum accusationem; Flacc. 2. qui (ordines) praesunt iudiciis summa cum gravitate ea dignitate; Sulla 64. cum Q. Metelli ... summa dignitas ... rei publicae subvenisset; sen. 5. quod si ipsius summa dignitas maximaeque res gestae non satis valerent; Quir. 6. videbam ... celerem mihi summa cum dignitate reditum; dom. 64. eam (dignitatem) semper in M. Caelio habitam esse summam; Cael. 3. sin autem multorum virtus ... consecuta est .. summam laudem, honores, gloriam, dignitatem; Balb. 18. quo modo ... T. Coponius, civis .. summa virtute et dignitate, ... civis Romanus est factus? ib. 53. et tu in Bithynia summa cum dignitate fuisti et ego Rhodi non minore; Planc. 84.

diligentia: qui primus erat officii gradus, servatus est a procuratore summa cum diligentia; Quinct. 61. postquam isti intellexerunt summa diligentia vitam Sex. Roscii custodiri; Sex. Rosc. 28. „Cn. Trebellius homo summa religione et diligentia;“ Verr. a. pr. 30. contra summus labor in publicis privatisque rebus, summa parsimonia, summa diligentia; ib. II, 7. vos pro mea summa ... in re publica diligentia moneo ..; Muren. 86. horum consulum ruinas vos consules vestra virtute fulsistis, summa tribunorum plebis praetorumque fide et diligentia sublevati; sen. 18. ſ. benignitas:

Cluent. 196. cura; Verr. II. 190. Catil. IV, 14. dignitas; Muren. 113.

disciplina: ſ. ingenium; Verr IV, 48.

discrimen: quod salus sociorum summum in periculum ac discrimen vocatur; imp. Pomp. 12.

dolor: quae videre sine summo animi dolore non poterat; Cluent. 16. a quibus cum summo dolore divellitur; dom. 98. cum abesse ab ea (patria) sine summo dolore non possem; Sest. 49. vos illum sine dolore summo videbitis? Phil. V, 29. sine animi summo dolore (a te dissentire) non possum; Phil. VIII, 17.

dux: summis ducibus ... civitatis discordiis ac rei publicae calamitate consumptis; Font. 42. si L. Afranium, summum ducem, ... res publica tenere potuisset; Phil. XIII, 29.

egestas: fuit Avillius quidam Larino perdita nequitia et summa egestate; Cluent. 36. hi ex summa egestate in eandem rerum abundantiam traducti ... insolentia commovebuntur; leg. agr. II, 97.

elegantia: qui cum summa elegantia atque integritate vixistis; Sulla 79.

eloquentia: erat in eo summa eloquentia, summa fides, summa integritas; Muren. 58. tribunus militum L. Philippus, summa nobilitate et eloquentia, quaestor C. Caelius ... facti non sunt ..; Plane. 52. ſ. auctoritas; prov. cons. 45.

existimatio: si qua enim sunt privata iudicia summae existimationis; Qu. Rosc. 16. homo summa nobilitate, existimatione, virtute; Verr. II, 102. quod videretur ad summam illius existimationem hoc iudicium pertinere; Caecin. 6.

exspectatio: cum summa voluntate et exspectatione populi Romani actor accessi; Verr. a. pr. 2. erat ... summa exspectatio; ib. II, 74. exspectatio summa hominum quidnam id esset; ib. V, 16. summa omnium exspectatio quidnam sententiae ferrent ... iudices; Cluent. 75. summa cum exspectatione concurritur; leg. agr. II, 13.

facinora: duo sunt .. crimina una in muliere summorum facinorum; Cael. 51.

facultas: Romae sibi summam facultatem esse; Quinct. 16. qua re intellegatur summam sibi facultatem fuisse maleficii suscipiendi; Sex. Rosc. 94. ut ... mihi summa facultas ad accusandum daretur; Verr. II, 178. sibi habeant potentiam, sibi honores, sibi ceterorum commodorum summas facultates; Flacc. 104. ſ. copia; Quinct. 8. dignitas; Muren. 48.

familia: (dicet populus) praeposuisse se Q. Catulo, summa in familia nato, ... Cn. Manlium; Plane. 12.

familiaritas: qui .. me ipsum pro summa familiaritate, quae mihi cum patre eius erat, unice diligebat; Sest. 29. P. Apuleius, homo ... mihi .. summa familiaritate coniunctus; Phil. VI, 1. quicum profecto, si quid interesse tua putasses, pro summa familiaritate nostra communicasses; ib. XI, 23, ſ. amor; Sulla 12. coniunctio.

fides: opportune adest homo summa fide ... praeditus, L. Plaetorius; Cluent. 165. quos viros! non solum summa virtute et fide ... sed etiam ..; Sulla 42. quod in homine summam fidem probitatemque cognosset; Vatin. 38. ſ. auctoritas; Arch. 8. benignitas; Cluent. 196. continentia. diligentia; sen. 18. eloquentia; Muren. 58.

formido: quis dubitet quin servorum animos summa formidine oppresserit? Verr. V, 14.

fortuna: in quo uno ita summa fortuna cum summa virtute certavit, ut ...; Balb. 9.

fraus: si ista causa abs te tota per summam fraudem et malitiam ficta est; Quinct. 56. is per summam fraudem et malitiam et perfidiam HS ɪɔɔɔ appetiit? Qu. Rosc. 23.

frequentia: tabulas in foro, summa hominum frequentia, exscribo; Verr. II, 189. haec cum maxime summa hominum frequentia testificaretur; ib. V, 17.

furor: id, quod cum summo furore cupiunt; Catil. II, 19. ſ. amentia.

genus: ſ. beneficium; dom. 110.

gloria: qui (M. Cato) ... usque ad summam senectutem summa cum gloria vixit; Verr. V, 180. quae (gloria) vobis ... summa ... tradita est; imp. Pomp. 6. Regnos credo ... id huic summa ingenii praedito gloria (largiri) noluisse! Arch. 10. M. Marcellus, ... summa virtute, pietate, gloria militari, periit in mari; Piso 44. qui ea lege vivit, ut ... cum summa interfectoris gloria interfici possit; Phil. I, 35. quis esset tam amens qui maximis laboribus ... ad summam laudem gloriamque contenderet? ib. XIV, 32. ſ. dignitas; Balb. 18.

gradus: ut pater, ut avus, ut maiores eius ... summum in praefectura florentissima gradum tenuerint et dignitatis et gratiae; Plane. 32. amplissimae tibi fortunae sunt, summus honoris gradus; Phil. X, 4.

gratia: qui C Matrinium .., summa virtute hominem, summa industria, summa gratia, Leontinis in publico biduum tenuit; Verr. III, 60. torque donasti ... M. Castricium, summo splendore, ingenio, gratia praeditum; ib. 185. magnus dicendi labor, ... summa autem gratia; Muren. 29. quis L. Philippum summo ingenio, opibus, gratia, nobilitate, a M. Herennio superari posse arbitratus est? ib. 36.

gratulatio: in suis antiquis sedibus summa cum gratulatione civium et laetitia reponitur; Verr. IV, 74.

gravitas: qui et summa gravitate et iam id aetatis et parens esset; Verr. I, 66. multitudinem ludaeorum ... prae re publica contemnere gravitatis summae fuit; Flacc. 67. ille erat summa modestia et gravitate ceusor; dom. 130. si aliquid de summa gravitate Pompeius ... remisisset; Phil. XIII, 2, ſ. consilium; imp. Pomp. 68. constantia; Sest. 88. Phil. X, 13. copia; Sest. 107. dignitas; Sulla. 64.

gubernatores: etiam summi gubernatores in magnis tempestatibus a vectoribus admoneri solent; Phil. VII, 27.

hiems: erat hiems summa; Verr. IV, 86. cum exercitus vestri numquam a Brundisio nisi hieme summa transmiserint; imp. Pomp. 32.

homines: cum ... legatorum decem summorum hominum dignitas ... intercederet; Verr. II, 40. quam multi sunt summi homines et ornatissimi ..., quorum pro salute se hic Sullae obligavit! Sulla 72. sic a summis hominibus eruditissimisque accepimus, ceterarum rerum studia ... arte constare; Arch. 18. quod (ingenium) summorum hominum ingeniis expetitum esse videatis; ib. 31. multi ... summi homines et clarissimi cives fuerunt, quorum ..; Cael. 43. cum ego omnium meorum ... factorum exempla semper ex summorum hominum factis mihi censuerim petenda; prov. cons. 20. laudatores ad hoc iudicium, summos homines ac nobilissimos, deprecatores huius periculi missos videtis; Balb 41. honorum gradus summis hominibus et infimis sunt pares, gloriae dispares; Plane. 60. de Theopompo, summo homine, negleximus; Phil. XIII, 33.

honestas: summa cum honestate vivemus; Cluent. 159. ſ. dignitas; Muren. 21. 64.

honos: ut ... ad eundem summus honos quoque perveniret; Quinct. 14. et est et fuit tota Graecia summo propter ingenium honore et nomine; Verr. II, 87. qui a me pro ... summis .. honoribus, quos a populo Romano adeptus est,

honoris causa nominatur; Cluent. 118. qua re dignus vestro summo honore sim; leg. agr. II, 2. is potissimum summo honore adfecto defensor daretur, qui ..; Muren. 4. adficiebatur summo honore; Arch. 6. qui ad delendum senatum ... se illis fascibus ceterisque insignibus summi honoris atque imperii ornatos esse arbitrabantur; Sest. 17. ad gloriam devocant (Caesarem), ... ad summum honorem senatus; prov. cons. 29, vidit (pater tuus) ... L. Volcatium, vidit M. Pisonem summos a populo Romano esse honores adeptos; Plauc. 51. huic summi honores et exquiruntur et parati sunt; Phil. V, 49. huic se etiam summis honoribus usi ... venditabant; ib. VIII, 28. ſ. dignitas; Balb. 18.

ignominia: quid autem potest esse in calamitate residui quod non ad miseros aratores isto praetore per summam iniuriam ignominiamque pervenerit? Verr. III, 226. ſ. dedecus; Quinct. 64.

imperator: ille vir clarissimus summusque imperator, M. Marcellus; Verr. V, 84. triumphavit L. Sulla, triumphavit L. Murena de Mithridate, duo ... summi imperatores; imp. Pomp. 8. in summo imperatore quattuor has res inesse oportere; ib. 28. qui ... miles in exercitu fuit summi imperatoris; ib. non .. bellandi virtus solum in summo ... imperatore quaerenda est; ib. 36. inter hos agros [regios] captos ... virtute summorum imperatorum; leg. agr. II, 51. summo imperatori [L. Lucullo] legatus fuit; Muren. 20. bellum Cretense ... una cum summo imperatore sustinuit; Flacc. 6. Decimus quidem Brutus, summus vir et imperator, Accii ... carminibus templorum ... aditus exornavit suorum; Arch. 27. hic (Tigranes) ... ab Lucullo, summo viro atque imperatore, † pulsus; Sest 58. haec sunt praesidia Cornelii: ... labor, adsiduitas, dimicatio, virtus digna summo imperatore; Balb. 6. habetis imperatorum summorum ... interpretationem iuris ac foederum; ib. 52. quid cessat hic homullus ... dare haec praeclara praecepta sapientiae clarissimo et summo imperatori, genero suo? Piso 59. „tuae dicis .. togae summum imperatorem esse cessurum“; ib. 73. multas .. iam summorum imperatorum clarissimas victorias aetas nostra vidit; Milo 77. Cn. Pompei summi imperatoris ... gestum est subsidiis; Fr. A, III, 8.

imperium: erit tum consul Hortensius cum summo imperio et potestate; Verr. a. pr. 37. vis illa summi imperii tantum potuit apud perpaucos homines ..; ib. II, 10. quorum in bona liberosque summum imperium potestatemque haberet; ib. III, 45. qui ... summum imperium obtineret; ib. V, 134. quacumque velint summo cum imperio iudicioque rerum omnium vagari ut liceat, conceditur; leg. agr. II, 34. [ut volitaretis interea per gentis ... cum imperio summo]; ib. 99. „qui (populus) te ... tam mature ad summum imperium ... extulit“; Catil. I, 28. quem nuper summo cum imperio libentissime viderit; Muren. 89. ei summi imperii nomine armati totam rem publicam contrucidaverunt; Sest. 24. omnes ... cives summae rei publicae a consulibus atque a summo imperio petendum esse auxilium arbitrabantur; ib. 25. numquam haec urbs summo imperio domicilium ac sedem praebuisset; prov. cons. 34. quoniam quidem est hoc summi imperii, nosmet ipsos de nostris rebus iudicare; Fr. B, XVI, II, 2. ſ. amor; Flacc. 18. avaritia. auctoritas; Muren. 74. consilium; Rabir. 3. cura; Catil. IV, 14. honos; Sest. 17.

improbitas: ut excusatione summae stultitiae summae improbitatis odium deprecetur; Caecin. 30.

impudentia: an ... impudentiam summam ... putabimus in verborum errore versari? Caecin 50.

indignitas: ne qua ex tua summa indignitate labes illius dignitati aspersa videatur; Vatin 15.

indoles: (est) summa in filio spes, summa ingenii indoles summaque virtus; Phil. XI, 33.

industria: cognoscetis Entelliuorum, hominum summi laboris summaeque industriae, dolorem et iniurias; Verr. III, 103. dilectus habitus in Macedonia est summo Q. Hortensii studio et industria; Phil. X, 13. ſ. gratia; Verr. III, 60.

infamia: summam illi iudicio invidiam infamiamque esse conflatam; Cluent. 79. dignitas hominis ... summam mihi superbiae crudelitatisque infamiam inussisset, si ..; Muren. 8.

ingenium: ille requisisse etiam dicitur Archimedem illum, summo ingenio hominem ac disciplina; Verr. IV, 131. video summi ingenii causam esse; Caecin. 5. consiliorum relinquere ac virtutum nostrarum effigiem nonne multo malle debemus, summis ingeniis expressam et politam? Arch. 30. eadem cupiditate vir summo ingenio praeditus, C. Cotta, nullo certo hoste flagravit; Piso 62. alterum Crassum ... num ... summo ingenio praeditus M. Antonius potuit imitari? Scaur. c. 3, § 2. L. Cotta, vir summo ingenio summaque prudentia, ... supplicationem decrevit; Phil. II, 13. alter Caesar Vopiscus ille summo ingenio, summa potentia ... solvatur legibus; ib. XI, II. ſ. amicus. auctoritas; Verr. III, 170. beneficium; imp. Pomp. 68. gratia; Verr. III, 185. Muren. 36.

iniuria: qui si summam iniuriam ab illo accepisti; div. Caec. 60. ne per summam iniuriam pupillum Iunium fortunis patriis conetur evertere; Verr. I, 135. privata bona populi nomine per summam iniuriam *esse* erepta; ib. II, 47. cum senatores summis iniuriis adficis; ib. III, 96. patiemini, ... ab his per summam iniuriam ... plus aliquanto ablatum esse quam natum est ‖ sit ‖? ib. 102. qui se fateatur maximas pecunias cum summa sociorum iniuria cepisse; ib. 221. hoc certe unum genus infinitae pecuniae per summam iniuriam cogendae nullo modo posse reprehendi; ib. 223. quo genere ab sociis maxima pecunia per summam iniuriam auferatur; ib. 224. prohibiti estis in provincia vestra pedem ponere et prohibiti summa iniuria; Ligar. 24. ſ. ignominia.

innocentia: quod erat summa innocentia et integritate; Qu. Rosc. 26. ſ. continentia.

inopia: summam .. inopiam rei frumentariae (fuisse) ... nemo negat; dom. 12. ſ. caritas; imp. Pomp. 44.

integritas: eam summa integritate pudicitiaque existimari; Verr. I, 64. ſ. elegantia. eloquentia; Muren. 58. innocentia.

invidia: quod omnia iudicia difficillima cum summa sua invidia maximoque periculo P. Quinctii fieri mallet; Quinct. 85. in summam .. L. Quinctius invidiam .. eum ... adduxerat; Cluent. 103. ſ. infamia; Cluent. 79.

iudicium: ſ. imperium; leg. agr. II, 34.

ius: qui ... non heredem ... certiorem faceret ... aut summo iure experiretur; Quinct. 38. id quod summi iuris est; Verr. III, 192. non agam summo iure tecum; ib. V, 4. ne summo iure egisse ... videatur; Caecin. 10. si contra ... summo iure contenditur; ib. 65.

iustitia: ſ. benignitas; Cluent. 196.

labor: qui tamen Panurgum illum ... summo cum labore, stomacho miseriaque erudiit; Qu. Rosc. 31. accedit etiam ille mihi summus labor ..; leg. agr. II, 6. qui nullo praemio proposito ... summos labores ... suscepit; Sest. 86. defendo fortem ... virum, magni animi, summi laboris, optimi consilii; Fr. A, III, 13. ſ. diligentia; Verr. II, 7. industria; Verr. III, 103.

laetitia: ut summa in laetitia illud dolerem; Sest. 131. ſ. gratulatio; Verr. IV, 74.

laus: te intelleges inopia criminum summam laudem Sex. Roscio vitio et culpae dedisse; Sex. Rosc. 48. alia sunt tua facta atque consilia summa laude digna; Verr. III, 212. quod ... in suasione legis Serviliae summis ornat senatum laudibus; Cluent. 140. Maximi .. summa laus est ..; Vatin. 28. eum summis laudibus extulisti; ib. 41. quid .. est cur non potius ad summam laudem huic quam ad minimam fraudem Caesaris familiaritas valere debeat? Balb. 63. tua ... est ... summa laus, quod ..; Marcell. 20. ea .. erat ... summa laus consularium; Phil. VIII, 30. * adulescentia ad summam laudem omnibus rebus ornata; Fr. B, VI, 2. ſ. dignitas; Balb. 18. gloria; Phil. XIV, 32.

liberalitas: nisi C. Caesaris summa in omnis, incredibilis in hunc [eadem] liberalitas exstitisset; Rab. Post. 41.

libertas: nos liberi, in summa [populi Romani] libertate nati; Deiot. 34.

locus: quo in summo (loco) est aequata agri planities; Verr. IV, 107. is habuit in matrimonio Caesenniam ... summo loco natam; Caecin. 10. qui summum locum civitatis .. non potuerunt ascendere; Cluent. 150. quam civitatem quidam hic nati et summo loco nati ... urbem hostium esse iudicaverunt; Catil. IV, 16. L. Natta, summo loco adulescens; Muren. 72. cum Licinia, virgo Vestalis, summo loco nata, ... aram ... sub Saxo dedicasset; dom. 136. si (Plancius) esset summo loco natus; Planc. 60. quosdam etiam senatores, summo loco natos, ... cum † maeciapella saepe videmus; Rab. Post. 26.

maeror: ad quem summus maeror morte sua veniebat; Quinct. 14.

magistratus: Dionysiarchum ad se proagorum, hoc est, summum magistratum, vocari iubet; Verr. IV, 50. in ea (statua) Sopatrum, hominem ... summo magistratu praeditum, divaricari ... iubet; ib. 86.

malitia: ſ. fraus.

memoria: Caesar, adulescens summa pietate et memoria parentis sui; Phil. XIII, 47.

mendacitas: cum viderent ... hunc in summa mendicitate esse; Sex. Rosc. 86.

meritum: video ... neminem ... cuius non exstet in me summum meritum; Planc. 2. si (Cn. Plancii erga me merita) essent summa; ib. 4. ſ. beneficium; Phil. VI, 6.

metus: metus erat summus; Verr. IV, 51. se .. cum summa religione tum summo metu legum et iudiciorum teneri; ib. 75.

miseria: ſ. dedecus; Phil. III, 35. labor; Qu. Rosc. 31.

modestia: vir ... summa religione ac modestia, Q. Metellus Pius, Q. Fabium Saguntinum (nonne civitate donavit)? Balb. 50. ſ. gravitas; dom. 130.

necessitudo: mihi ... cum altero ... summa utriusque officiis constituta necessitudo; Cluent. 117. quocum ... summam .. necessitudinem (mihi) magna eius officia in me ... effecerunt; Deiot. 39.

neglegentia: restat, ut aut summa neglegentia tibi obstiterit aut unica liberalitas; Quinct. 41. ut ... te summae neglegentiae ... convictum esse fateare; Sulla 44.

nequitia: quos in summa nequitia non solum libido ..., verum etiam ipsius nequitiae fama delectat; Verr. II, 115. eam provinciam ... ad summam stultitiam nequitiamque venisse; ib. V, 38.

nobilitas: Sthenius est hic qui adsidet, Thermitanus, antea multis propter summam virtutem summamque nobilitatem ... notus; Verr. II, 83. summa nobilitas est, omnes honores; Phil. XIII, 8. quid? Metellus summa nobilitate ac virtute ... † legis deiectus est ratione an ..? Fr. B, VI, 2. possessionem ... P. Scipioni adulescenti summa nobilitate eximia virtute praedito non dedisset; ib. 18. b. ſ. artificium; Verr. IV, 4. auctoritas; Phil. XI, 27. eloquentia: Planc. 52. existimatio; Verr. II, 102. gratia; Muren. 36.

nomen: ſ. honos; Verr. II, 87.

odium: ſ. bellum; Phil. XI, 2.

officium: qui in vita sua rationem summi officii desideremus; Quinct. 55. hi rem ad virum primarium, summo officio ac virtute praeditum, ... deferunt; Verr. I, 135. venit homo summo pudore, summo officio; ib. 137. hoc ... me summi officii ratione impulsum coactumque suscepisse; ib. II, 118. omnia officia C. Septimii, Q. Valerii ... summa et in me et in rem publicam constiterunt; sen. 23. quod huius ipsius in illum ordinem summa officia quaesturae tribunatusque constabant; Planc. 24. ſ. beneficium; Verr. II, 172.

opes: qui ... summis opibus Sex. Naevium defendunt; Quinct. 7. summis opibus, summo studio potentissimorum hominum defendatur; Verr. I, 3. „quae (vis) summas frangit infirmatque opes“; Rab. Post. 28. qui ... semper hoc se summis opibus retinendum putaverunt; Fr. B, VI, 27. ſ. gratia; Muren. 36.

oratores: cum tot summi oratores hominesque nobilissimi sedeant; Sex. Rosc. 1.

ordo: agebat (causam T. Annius) per summum ordinem; Sest. 87. ut ... aditus .. in illum summum ordinem omnium civium industriae ac virtuti pateret; ib. 137. ut ... reliqui boni et locupletes omnes summum ordinem subsequantur; Phil. XIII, 23.

ornamenta: Q. Catulus, itemque summis ornamentis honoris ... praeditus, Q. Hortensius, ab hac ratione dissentiunt; imp. Pomp. 51. confiteor summa in Latereuse ornamenta esse; Planc. 63.

otium: in summo otio rediens a cena Romae occisus est; Sex. Rosc. 126. ad summum [Graecorum] otium potius quam ad ullam vim aut tumultum accommodati; Verr. I, 63. in summo otio fuit; ib. V, 8. quae (artes) sine summo otio non facile discuntur; Balb. 15. ut rem publicam constituas, eaque tu in primis summa tranquillitate et otio perfruare; Marcell. 27.

pars: quam ad summam (partem) theatrum maximum (est); Verr. IV, 119.

parsimonia: ſ. diligentia; Verr. II, 7.

pax: videtis ... eam (religionem) summa in pace praetoris populi Romani statuis praesidio non fuisse; Verr. II, 159.

peccata: in quo homine nihil sit praeter summa peccata maximamque pecuniam; Verr. a. pr. 47.

perfidia: ſ. fraus; Qu. Rosc. 23.

periculum: reus ne elabatur summum periculum est; Verr. a. pr. 32. sine summo omnium periculo; Tull. 56. neque se id facere sine summo periculo posse arbitrantur; imp. Pomp. 12. quam (urbem) L. Lucullus ... summis obsidionis periculis liberavit; ib. 20. potuit illa concitatio multitudinis sine summo periculo rei publicae repudiari? Cluent. 136. non intellegis ... quot ex eis, qui vivunt, eodem crimine in summum periculum capitis arcessas? Rabir. 26. ut ... pericula summa nullo tumultu (sedentur); Catil. II, 28. sicut huius imperii dignitas in summo periculo civium postulabat; Muren. 6. multa ... de summis rei publicae periculis audivi; Sulla 14. qui ex summis periculis eripuerim urbem; ib. 27. vitae eius turpitudinem in summis eius periculis non insecuebantur; ib. 81. rem maximam fuisse *et*

summi periculi ... nemo negat; dom. 18. summis .. in periculis eius viri auxilium implorasse rem publicam; ib. 26. numquam illum *in* illo summo timore ac periculo civitatis ... communem metum omnium ... sedare voluisse; Sest. 8. ſ. detrimentum. discrimen.

philosophus: cum summi philosophi Platonis ... librum de morte legisset; Scaur. c. 3, § 4.

pietas: alter fuit propugnator mearum fortunarum ..., summa virtute et pietate, C. Piso, gener; sen. 38. si hostium fuit ille sanguis, summa militum pietas; Phil. XIV, 6. ſ. continentia. gloria; Piso 44. memoria.

poëta: ut me pro summo poëta ... dicentem patiamini ... paulo loqui liberius; Arch. 3. summi .. poëtae ingenium ... exprimebat; Sest. 120. an vero M. ille Lepidus ... summi poëtae voce laudatus est, quod ..? prov. cons. 20. neque enim ille summus poëta noster Hannibalis illam magis cohortationem quam communem imperatoriam voluit esse; Balb. 51.

potentia: ſ. ingenium; Phil. XI, 11.

potestas: qui summam potestatem habetis; Sex. Rosc. 29. cum summam ipse haberet potestatem; div. Caec. 35. qui summam potestatem haberet; Verr. IV, 141. L. Quinctius, homo summa potestate; Cluent. 79. omnis provincias obeundi ... summa potestas datur; leg. agr. II, 34. cum conlegas tuos, summa potestate praeditos, negares liberos esse; dom. 110. cuius (populi Romani) est summa potestas omnium rerum; har. resp. 11. tantum in summa potestate rerum omnium modum ... tacitus praeterire nullo modo possum; Marcell. 1. ſ. imperium; Verr. a. pr. 37. III, 45.

praemia: quibus in rebus .. summa recte factis maiores nostri praemia ... proposita esse voluerunt; Cluent. 154. cum mihi summa et cotidie maiora praemia in re publica fore putabas; dom. 113.

praesidium: uti cum summum in veteribus patronis multis tum non nullum etiam in me praesidium suis fortunis constitutum esse arbitrarentur; div. Caec. 2. summum et firmissimum est illud communibus fortunis praesidium, .. ut ..; leg. agr. II, 103.

probitas: ſ. fides, Vatin. 38.

provincia: quem summa provincia exspectabat; Verr. IV, 42.

prudentia: hominem innocentem et summa prudentia praeditum nominas; Verr. III, 214. hominem summa prudentia clarum C. Cottam de suis legibus abrogandis ipsum ad senatum rettulisse; Fr. B, VI, 8. ſ. auctoritas; Verr. III, 170. beneficium; imp. Pomp. 68. concordia. ingenium; Phil. II, 13.

pudicitia: ſ. integritas.

pudor: ſ. officium; Verr. II, 137.

religio: fuit apud Segestanos ex aere Dianae simulacrum, ... summa atque antiquissima praeditum religione; Verr. IV, 72. qui sacris anniversariis apud eos ac summa religione coleretur; ib. 84. hos talis viros ... aliud de summa religione hoc tempore sensuros; dom. 3. quae vetustas, quae Persae, quae Syri ... semper summa religione coluerunt; har. resp. 28. ego .. omnes amicitias tuendas semper putavi summa religione; Fr. E, 2. ſ. auctoritas; Cluent. 53, Arch. 8. caerimonia. diligentia; Verr. a. pr. 30. metus; Verr. IV, 75. modestia; Balb. 50.

res: quibus initiis ac fundamentis haec || hae || tantae summis in rebus laudes excitatae sint; Sest. 5. ſ. causa; Verr. I, 38.

res publica: quod summa res publica in huius periculo temptatur; Sex. Rosc. 148. pertinet hoc ad summam rem publicam; Verr. II, 28. [a] quo uno (genere) et suuma res publica et illa provincia maxime continetur; ib. 149. maximam rem, coniunctam cum summa re publica, ... per vos videri esse (dissolutam); Tull. 36. ad illa venio, quae ... ad summam rem publicam ... pertinent; Catil. I, 14. senatum consului de summa re publica quid fieri placeret; ib. III, 13. ne quid de summa re publica deminueretur; ib. IV, 13. sed quid ego ... de summa re publica taceo? Flacc. 94. quam (epistulam) ego ad Cn. Pompeium ... de summa re publica misi; Sulla 67. quod (maiores nostri) eosdem et religionibus deorum immortalium et summae rei publicae praeesse voluerunt; dom. 1. ut etiam summa res publica mihi domi fuerit gerenda; Planc. 66. quod quidem erat magnum, de summa re publica dissentientis in eadem consuetudine amicitiae permanere; Phil. II, 38. uti ... sententiae .. de summa re publica libere dici possint; ib. III, 37. senatum ad summam rem publicam pertinere arbitrari ..; ib. 38. quod summa re publica non haesit, id ab illo ipso tr. abiectum est, bonum autem quod summa re publica manet, in vestri ordina * dis * fuit; Fr. B, VI, 6. ſ. imperium; Sest. 25.

salus: cui cetera summa cum salute rei publicae commissa sunt; imp. Pomp. 50. non est saepius in uno homine summa salus periclitanda rei publicae; Catil. I, 11. cum summa rei publicae salute ... proficiscere ad .. bellum; ib. 33. de summa salute vestra populique Romani ... decernite diligenter; ib. IV, 24.

sapientia: in quo summa sapientia ... fuit; Rabir. 26. ſ. aequitas.

scelus: sine summo scelere P. Quinctium ... ingulare non potes; Quinct. 44. non intellegis .. quos homines et qualis viros .. summi sceleris arguas? Rabir. 26. neque me arbitrabar sine summo scelere posse ... defendere; Sulla 19.

senectus: cum (Marius) esset summa senectute; Quir. 19. quorum uterque nostra memoria, summa senectute, alter Oresten, alter Pisonem adoptavit; dom. 35. memineram ... C. Marium, summa senectute, ... senile corpus paludibus occultasse demersum; Sest. 50. quem (Pleuratum) necasti verberibus summa senectute confectum; Piso 84. cum esset summa senectute et perdita valetudine; Phil. VIII, 31. ſ. deformitas; Scaur. c. 4, § 6. gloria; Verr. V, 180.

severitas: uterque ... in summa severitate versatur; Catil. IV, 7,

silentium: erat ... summum silentium; Verr. II, 74. neque moleste ferebant ... in foro silentium esse summum causarum atque iuris; ib. V, 31.

solitudo: prorsus ut vestro consessu et hoc conventu pro summa solitudine abuteretur; Sex. Rosc. 59.

spes: quo non in his ... spem summam habere P. Quinctius debeat; Quinct. 5. cum M. Antonius summam spem salutis bonis omnibus attulisset; Milo 40. redimeret adulescentem, summa spe et animi et ingenii praeditum; Phil. II, 46. ſ. indoles.

splendor: honesti homines et summo splendore praediti; Cluent. 198. quam doleo abesse ab huius iudicio L. Volusienum, summo splendore hominem ac virtute praeditum! ib. quid aut hic aut summo splendore praeditus frater eius de M. Caelio existimet; Cael. 24. ut ipse (Plancius) ... inter ornatissimos homines ... summo splendore fuerit; Planc. 32. ſ. auctoritas; Verr. III, 55. gratia; Verr. III, 185.

stomachus: ſ. labor; Qu. Rosc. 31.

studium: summo studio potentissimorum hominum defendatur; Verr. 1, 3. quem non ille summo cum studio ... servavit? ib. V, 153. cum ... P. Furium accusaret summo studio bonorum omnium; Rabir. 24. si ... praedicere summo studio solent .. tempestatum rationem; Muren. 4. qui cum multa haberet invitamenta urbis et fori propter summa studia amicorum; Sulla 74. consulis alterius summum studium, alterius animus paene placatus; Sest. 87. quem ... summo studio defenderim; Rab. Post. 19. auctoritatem eius summo studio secuti sumus; Phil. I, 3. summo studio illius praeclara acta defendo; ib. 17. cum (D. Brutus) .. exercitum tantum ... summo studio municipiorum coloniarumque provinciae Galliae ... conscripserit; ib. V, 36. quod .. legio Martia atque quarta summo studio ... rem publicam ... defendant defenderint; ib. 46. ubi aedilitas delata summo studio bonorum (est)? ib. VI, 11. omnes ... summo .. cum studio nomina dant; ib. VII, 13. dilectus habitus in Macedonia est summo Q. Hortensii studio; ib. X, 13. senatum, quae sit .. pollicitus legionibus ... nostris, ea summo studio ... soluturum; ib. XIV, 38. ſ. audacia. beneficium; Balb. 43. industria; Phil. X, 13. opes; Verr. 1, 3.

stultitia. ſ. improbitas. nequitia; Verr. V, 38.

supplicium: ut ... summo supplicio vilicum adficiat; Verr. III, 119. istum autem summo supplicio dignum existimabit; ib. aliquid de summo supplicio remitteres; ib. V, 168. ut ... Italia .. alumnum suum servitutis extremo summoque supplicio adfixum videret; ib. 169. „non hunc ... summo supplicio mactari imperabis“? Catil. I, 27.

tempus: id ... prope divinitus datum atque oblatum vobis summo rei publicae tempore videtur; Verr. a. pr. 1. in summo et periculosissimo rei publicae tempore etiam ab inimicis eadem praetura laudabatur; Flacc. 6. quod C. Caesar ... summo rei publicae tempore milites veteranos ... conscripserit; Phil. V, 46.

timor: magnitudo periculi summo timore hominem adficit; Quinct. 6. huc accedit summus timor; Sex. Rosc. 9. in summo timore omnium; Cluent. 25. in summo .. timore quiescendum esse arbitrabatur; Deiot. 11. ſ. periculum; Sest. 8.

tranquillitas: nobis consulibus futuram summam .. tranquillitatem pacis atque otii; leg. agr. I, 24. ſ. otium; Marcell. 27.

turpitudo: ut nulla eius vitae pars summae turpitudinis esset expers; Verr. II, 191. nam turpitudinem summam esse arbitrantur referri in tabulas publicas pretio adductam civitatem ..; ib. IV, 134. a Sex. Serrano sanctissima sacella ... summa .. turpitudine foedata esse nescimus? har. resp. 32. quae (lex) turpitudinem summam habeat; Phil. I, 21. ſ. dedecus; Cluent. 10.

ubertas: quantam (vilitatem annonae) vix in summa ubertate agrorum diuturna pax efficere potuisset; imp. Pomp. 44.

vertex: non ab imis unguibus usque ad verticem summum ... ex fraude, fallaciis, mendaciis constare totus videtur? Qu. Rosc. 20.

via: qui est in summa sacra via; Planc. 17.

vilitas: eodem tempore praetor Antonius denariis IIII aestimavit, post messem, summa in vilitate; Verr. III, 215.

adiuvare: qui adiuvandus in his causis, qui oppugnandus, qui defendendus, qui deserendus esse videatur? Sulla 3.

admonere: ne non tam prohibere quam admonere videretur; Sex. Rosc. 70. non tam prohibere videretur quam admonere; Tull. 9. cur prohibendo non tam deterrere videretur quam admonere; dom. 127.

adnuere: hoc enim mihi significasse et adnuisse visus est; Verr. III, 213.

adrogare: non vereor ne mihi aliquid .. videar adrogare; Planc. 64.

adsequi: mihi videris, Eruci, ... duas res adsequi velle; Sex. Rosc. 80. videmurne non solum avaritiae crimen effugere, sed etiam .. laudem adsequi? Planc. 89.

aedificare: cui non ad illius poenam carcer aedificatus esse videatur; Sulla 70.

agere: tum causa agi vere videretur; Verr. I, 29. ut videatur tamen res agi et non eripi pupillo; ib. 146. ne omnia cum dolore agere videamur; ib. II, 52. utrum id solum videtur esse actum ..? ib. 67. res agi videretur; ib. III, 31. nonne vobis id egisse videtur, ut ..? ib. IV, 47. cum .. id ei ... neglegentius agi videretur; Cluent. 74. quae mihi quidem ita et acta et scripta videntur esse; Sest. 122. cum ... urbes Italiae festos dies agere adventus mei videbantur; ib. 131. qui ... nihil aliud agere videtur nisi ut ..; Phil. XI, 11. ſ. obtinere.

agnoscere: ut agnoscere videamini qui haec fecerint; imp. Pomp. 37.

alere: ſ. adfligere.

amplecti: quem mihi videtur amplecti res publica tamquam obsidem consulatus mei; Catil. IV, 3. quia nimis amplecti plebem videbatur; Milo 72.

appetere: ſ. adfari.

apponere: ne ... praevaricatorem mihi apposuisse videar; Phil. II, 25.

appropinquare: quod (tempus) mihi quidem magis videtur quam tu umquam arbitratus es appropinquare; Piso 94.

arguere: ne arguere illum rei capitalis viderer; Caecin. 25.

ascendere: quibus tamquam gradibus mihi videor in caelum ascendisse; dom. 75. cuius (gloriae) gradibus etiam in caelum homines viderentur ascendere; Milo 97.

asportare: ſ. abripere.

attribuere: ne aut irato facultas ad dicendum data aut cupido auctoritas attributa esse videatur; Font. 22.

audire: postem teneri in dedicatione oportere videor audisse templi; dom. 121. pueris nobis audisse videor L. Aelium || Laelium || ... nomen Q. Muttonis ... detulisse; Scaur. 23. non ut audire ea ..., sed ut cernere et paene tangere viderentur; ib. 26. sapientiae vocem audire videar; Phil. XIII, 6.

augere: ut non solum calamitatem mihi detraxisse, sed etiam dignitatem auxisse videamini; Quir. 6.

cadere: ut tamquam fortis in pugna vir ... cadere videatur; har. resp. 40. in quo aliquid a poëta dictum cadere in tempus nostrum videretur; Sest. 118. nihil est quod in eius modi mulierem non cadere videatur; Cael. 69.

calere: postea quam satis calere res Rubrio visa est; Verr. I, 66.

calumniari: aperte ludificari et calumniari sciens non videatur (videtur); Sex. Rosc. 55.

canere: ut haec ... canere di immortales viderentur; Catil. III, 18.

capere: quo quidem facto tantum te cepisse odium regni videbatur; Phil. II, 91.

cernere: nonne vobis haec, quae audistis, cernere oculis videmini, iudices? Sex. Rosc. 98. ut ea cernere oculis videamini; Cluent. 66. in qua Bruti imago cerni videbatur; Phil. X, 8. ſ. audire; Scaur. 26.

certare: ut ars certare videretur cum copia Verr. IV, 65.

circumscribere: *iam saepius homines videbantur* se clam circumscripsisse isti a consulari Macedonia et Asia; Tull. 15.

clamitare: nonne ipsum caput et supercilia illa ... olere malitiam et clamitare calliditatem videntur? Qu. Rosa. 20.

coarguere: satisne vobis coarguere ... dissolutam Graecorum consuetudinem ... videmur? Flacc. 20.

cogere: res ipsa et periculi magnitudo ... cogere videtur; Quinct. 91.

cogitare: ut magis insectari alterius innocentiam quam de se timide cogitare videatur; Cael. 16. ne ... videar id cogitasse; Milo 47.

cognoscere: satis commode mihi videor eorum consuetudinem ... cognosse; Verr. II, 181.

colere: diligenter observari videmur et coli; Muren. 70.

commemorare: ne haec a me sine causa commemorata esse videantur; Verr. IV, 120.

commendare: quod quasi deorum aliquo dono ... commendati nobis esse videantur; Arch. 18.

committere: nolo in hoc .. consilio tantum flagitii esse commissum videri; Verr. V, 173. ut ... domicilia vestrae sapientiae ... commissa creditaque esse videantur; dom. 1.

commodare: ut haec a virtute donata, cetera a fortuna commodata esse videantur; Marcell. 19.

commovere: eos pertimuisse et eorum minis et terrore commoti esse videremini; Font. 34. hic mihi parumper mentis vestras ... commovere videor; leg. agr. II, 49. ne aut retricare obductam iam rei publicae cicatricem viderer aut aliquid ... commovere; ib. III, 4. si commoveri omnia videbantur; Sest. 64. religiones ... ipsae ... commosse se videntur et ius in illo suum retinuisse; Milo 85. commoveri videtur adulescens; Ligar. 9.

comparare: nimium multa comparare videretur; Verr. IV, 58.

complecti: quo uno maleficio scelera omnia complexa esse videantur; Sex. Rosc. 37.

comprobare: homini credidisse, non factum comprobasse videremini; Verr. III, 224.

concedere: ut vix Apronio illi de familiaritate concedere videatur; Verr. II, 108. quod videtur concedendum magistratibus nostris esse; ib. III, 190. prope ut concedendum atque ignoscendum esse videatur; ib. IV, 126. quod eo magis ferre animo aequo et concedere videmur, quia ..; ib. V, 126. ut ista ... crudelitas nemini concessa esse videatur; ib. 150.

condemnare: ne condemnare causam illam ... videretur; Ligar. 27.

conferre: ut mihi quidem videantur di immortales ... contulisse; Marcell. 18.

confidere: quarum altera (pars) mihi niti et magno opere confidere videbatur invidia; Cluent. 1.

confirmare: postea quam iste recreari et confirmari visus est; Verr. V, 178. quo sublato non solum pars aliqua iuris deminuta, sed etiam vis ea ... iudicio confirmata esse videatur; Caecin. 5.

confiteri: qui tum ... taceudo loqui non infitiando confiteri videbantur; Sest. 40. parumne videtur ... cum Dolabella societatem initam confiteri? Phil. XIII, 36.

coniungere: ut domus M. Tullii Ciceronis cum domo Flavii Flacci ... coniuncta esse videatur; dom. 102.

coniurare: an tibi Pompeiani coniurasse videntur? Sulla 60.

conlaudare: ut proprio senatus consulto Pompeius conlaudatus esse videatur; Phil. XIII, 50.

conligere: ut crimina conlecta in unum reum [te] esse videantur; Verr. II, 147. iam dudum enim mihi nimium tenuiter Siculorum erga te voluntatis argumenta conligere videor; ib. 157. ut is ... reliquos aratores conlegisse et recreasse videatur; ib. III, 124.

conlocare: ut haec ipsa aedilitas ... recte conlocata et ... in loco esse posita videatur; Verr. V, 37.

conservare: ut a me ... amicitiarum ratio conservata esse videatur; Cluent. 117. ut huius ... vita ad luctum conservata, mors sepulcro patris privata esse videatur; ib. 201. ut (pecunia) conservata magis quam correpta esse videatur; Balb. 56.

conspirare: ut omnes ... conspirasse videantur; Phil. III, 13.

constare: non ... ex fraude, fallaciis ... constare totus videtur? Qu. Rosc. 20.

constituere: quae (Verria) ... natura .. tua constituta esse videantur; Verr. II, 52. ut non alteros demovisse, sed utrosque constituisse videatur; Sulla 62. quod ... T. Annio devota et constituta ista hostia esse videtur; har. resp. 6. fortunae constitui tenuiorum videbantur; Sest. 103. non gravior L. Cornelio ... constitui lex vitae et condicio videretur; Balb. 18. Metellus ... sanctissimos deos ... constituisse ... videtur in vestro conspectu; Scaur. 46.

constringere: religione videri potius quam veritate fidem esse constrictam || vinctam ||; Balb. 12.

consulere: non tam sibi consuluisse quam invidisse vestrae laudi videretur; Verr. I, 4.

consumere: ut eam pecuniam ... non consumpsisse, sed Flacco dedisse videatur, Flacc. 91.

contemnere: quid, illa, Caecili, contemnenda ne tibi videntur esse? div. Caec. 35. contemnere etiam signum illud Himerae iam videbatur; Verr. II, 89. quae forsitan nobis levia et contemnenda esse videantur; ib. IV, 132. ne forte *ea* vobis || a vobis, vobis || ... contemnenda esse videantur; imp. Pomp. 20. ne contemnere suos videatur; Piso 67. ne ... vim fortunae stultitia contempsisse videamur; Phil. XIV, 5. ſ. abicere. adfligere.

continere: in quo omnia nefaria contineri mihi atque inesse videantur; Verr. IV, 60. ut eius oratio non defensionem modo videretur criminum continere; Sest. 14. ita mihi (civitas) maxime communione beneficiorum ... contineri || communionem ... continere || videtur; Balb. 29.

conturbare: nescio quid conturbatus esse videris; Phil. II, 36.

convellere: ne acta Dolabellae videar convellere; Phil. II, 83.

convenire: cum multae causae convenisse unum in locum ... videntur; Sex. Rosc. 62. quae vitia videntur in quemvis potius quam in istum convenire; Verr. I, 128. forsitan vix convenire videretur; ib. II, 159. *cum ei centuria Populiana videretur satis commode* posita esse et ad fundum eius convenire; Tull. 16. mihi .. videtur .. hic introitus defensionis adulescentiae M. Caelii maxime convenire; Cael. 3.

corrigere: ut corrigendus potius quam leviter inflectendus esse videare; Muren. 60.

corripere: ſ. conservare; Balb. 56.

corrumpere: STHENIUM LITTERAS PUBLICAS CORRUPISSE VIDERI; Verr. II, 93.

credere: ut nostris testibus plus quam alienigenis credidisse videamini; Font. 49. ſ. committere; dom. 1. comprobare.

cupere: ne id, quod non curas, cupere videare; Phil. XI, 23.

damnare: ut ei ... sine ulla dubitatione a vobis damnati esse videantur; Catil. IV, 5.

dare: ne quod .. scutum dare in iudicio viderentur eis; Tull. 43. quantum mihi beneficium dedisse videmini! sen. 9. ut ... invidiae materiem dedisse videamur; Phil. XI, 21. ſ. attribuere. consumere.

debere: videor enim mihi iam liberius apud vos loqui debere; Verr. II, 11. iam enim mihi videor hoc ... debere dicere; Font. 37. quam longe videtur a carcere ... abesse debere, qui ..? Catil. I, 19. mihi non videretur in hunc id criminosum esse debere; Sulla 36. videbatur omnino mori non debuisse; Arch. 17. nonne vobis videor ... debere ... excidere? prov. cons. 43. ac mihi quidem hoc dignum re publica videtur, hoc deberi ... gloriae, huc proprium esse vestri officii, hoc satis esse causae; Balb. 5.

decere: etsi minime decere videtur; Phil. XII, 1.

decernere: de re publica quoad rettulistis satis decrevisse videor; Phil. V, 34.

declamare: quae mihi iste visus est ex alia oratione declamare; Sex. Rosc. 82.

declarare: locus ut ipse raptum illum virginis ... declarare videatur; Verr. IV, 107. perspicua admiratione declarari videbatur; Balb. 2.

deesse: ut iudicium potius rei publicae quam ... accusator reo defuisse videatur; Verr. a. pr. 3. vos ne populo Romano deesse videamini providete; Catil. IV, 18. quid .. erat mali quod huic ... deesse videretur? Sulla 91. ne mea propugnatio ei potissimum defuisse videatur; Sest. 3.

defendere: neque ... mihi isti Verrem defendere videntur; Verr. II, 27. *ut non* minus diligenter illius existimationem, quam rem M. Tullii viderer defendere; Tull. 3. cum Scamandrum nos defendere videremur; Cluent. 54. ut ... interdum non defendere, sed praevaricari [accusationi] videretur; ib. 58. num tibi ita defendisse videor, ut ..? ib. 143. ne non tam innocentia reus sua quam recordatione meorum temporum defensus esse videatur; Planc. 4. ſ. adiuvare.

deicere: is, qui armis proterritus, fugatus, pulsus est, non videtur esse deiectus? Caecin. 31.

demigrare: quae (mentes) mihi videntur ex hominum vita ad deorum religionem ... demigrasse; Rabir. 30.

deminuere: ſ. confirmare; Caecin. 5.

demonstrare: quae (statuae) hoc demonstrare videantur ‖ videntur ‖; Verr. II, 154.

denegare: videbor suffragio meo ... honorem homini amicissimo denegavisse; Phil. XI, 19.

denuntiare: ut oculis et aspectu denuntiare omnibus vim tribuniciam et minitari rei publicae videretur; leg. agr. II, 13.

deposcere: qui autem me deposcere videbantur; sen. 33.

depromere: nonne vobis verba domo patroni depromere videtur? Verr. III, 155.

deserere: ſ. adiuvare.

desiderare: ut ager ipse cultorem desiderare ac lugere dominum videretur; Verr. III, 47.

desperare: ut honorem desperasse (candidatus) videatur; Muren. 43.

deterrere: ſ. admonere; dom. 127.

detrahere: mihi ... de illius .. dignitate detrahere ... videbatur; har. resp. 50. ſ. adfingere. augere.

devovere: ſ constituere; har. resp. 6.

dicere: cum hominem nomino, satis mihi videor dicere; Quinct. 40. satisne ipsa restipulatio dicere tibi videtur ..? Qu. Rosc. 38. metuo ne quid adrogantius apud talis viros videar dicere; Verr. I, 10. pauca mihi videntur esse ... dicenda; ib. II, 2. quamquam haec perditissima defensio est, tamen aliquid dici videretur; ib. 101. magnum videor dicere; ib. IV, 2. mihi videor iam de omnibus rebus eius gestis dixisse; ib. V, 25. qui ob aliquod emolumentum suum cupidius aliquid dicere videntur; Font. 27. primum mihi videtur de genere belli, ... deinde ... esse dicendum; imp. Pomp. 6. ut de imperatore ad id bellum deligendo ... dicendum esse videatur; ib. 27. ut de Q. Catuli auctoritate et sententia dicendum esse videatur; ib. 59. quibus de rebus mihi ... pro vestra prudentia satis dixisse videor; Cluent. 160. equidem mihi iam satis superque dixisse videor; Flacc. 66. de hoc igitur loco sacro potissimum videntur haruspices dicere; har. resp. 14. si ... de me ipso plura dicere videbor; Svst. 31. utrum ... mulier finxisse crimen an gravis ... vir ... testimonium dixisse videatur; Cael. 55. quod mihi de iure subtilius dici videretur; Balb. 2. ne quid adrogantius videar dicere; Phil. XII, 21.

differre: ut distare aliquid aut ex aliqua parte differre videatur; Caecin. 39. quod etiam si verbo differre videbitur; ib. 59.

diffidere: ne ingeniis vestris videar diffidere; Sex. Rosc. 82.

diligere: ut haec insula ab ea non solum diligi, sed etiam incoli .. videatur; Verr. IV, 107. non multi mihi ab uno sic diligi videntur ut hic ab his ‖ ab iis ‖ universis; Cluent. 198.

discedere: si in causa pari discedere inferior videretur; Quinct. 59. quam longe videar ab consuetudine mea ... discedere; Font. 12.

discere: ut ea maiores nostri docuisse illos, non ab illis didicisse videantur; har. resp. 19.

disputare: non vobis videtur cum aliquo declamatore ... disputare? Planc. 83.

dissolvere: severissimum iudicium ... per vos videri esse dissolutum; Tull. 36.

distare: ſ. differre; Caecin. 39.

docere: qui mihi unus ex omnibus civibus videtur re docuisse; Sest. 86. ſ. discere.

donare: ſ. commodare. nasci; har. resp. 6.

dubitare: ne forte ... dubitasse quisquam ... videretur; Balb. 11. ne de vestra sapientia ... dubitare videar; ib. 19.

edicere: ne sine causa videretur edixisse; Phil. III, 24.

effervescere: si cui nimium efferbuisse videtur huius ... ferocitas; Cael. 77.

efficere: quidnam ... effectura (vox) esse videatur; Sest. 10.

efflagitare: ut vester honos ad mei temporis diem petitus, non ad alienae petitionis occasionem interceptus, nec diuturnis precibus efflagitatus, sed dignitate impetratus esse videatur; leg. agr. II, 3.

effugere: ſ. adsequi; Planc. 89.

emendare: ut tua mihi consecleratа illa vis non modo non propulsanda, sed etiam † emendanda ‖ invitanda ‖ fuisse videatur; dom. 76.

emergere: quoniam emersisse iam e vadis et scopulos praetervecta videtur oratio mea; Cael. 51.

emittere: ut abs te non emissus ex urbe, sed immissus in urbem esse videatur; Catil. I, 27.

erigere: ut erigere oculos et vivere videretur; Sest. 68.

eripere: nonne videntur hunc hominem ex rerum natura sustulisse et eripuisse? Sex. Rosc. 71. ut ... eripere potius quam tallere videretur; Verr. II, 134. ſ. agere; Verr. I, 146. opprimere.

esse: quod si tu iudex nullo praesidio fuisse videbere; Quinct. 5. mihi videri ore durissimo esse, qui ..; ib. 77. ut solus dignus videatur esse, qui in scena spectetur; ib. 78. nunc omnibus [inimicis] necesse est eastissimus et constantissimus esse videatur; Qu. Rosc. 47. quod haec, quae videtur esse accusatio mea, non potius accusatio quam defensio est existimanda; div. Caec. 5. ut ... ea aeque acerba et indigna videantur esse his qui audient atque illis visa sunt qui senserunt; ib. 38. mihi .. videtur periculum fore ..; ib. 46. ut tu tamenali quid esse videare; ib. 48. tantane vobis inopia videor esse amicorum, ut ..? ib. 50. ut, quod ille dictitat, alicui, qui te ignoret, verum esse videatur; Verr. a. pr. 28. ut ipse consul in hac causa prae me minus etiam, si fieri possit, quam privatus esse videatur; ib. 37. ut haec laus eximiae virtutis ... non solum hominum, verum etiam temporum illorum esse videatur; ib. I, 56. alii etiam frigidiores erant, sed ... ridiculi videbantur esse; ib. 121. quae non postulata, sed in istum crimina viderentur esse; ib. II, 10. ut mihi semper (haec) Scipionis fore videantur itaque dicantur; ib. 87. hoc postulatum de statuis ridiculum esse videatur; ib. 148. qui tibi inimicissimus esse videbitur; ib. 152. ne forte ea ... omnia ita cundita fuisse atque ita abdita latuisse videantur; ib. 181. quantulumcumque videbitur esse; ib. 183. ne qua in re asperior aut inhumanior fuisse videare; ib. III, 4. ut isti ... factis dictisque omnibus ... dissimillimus esse ac semper fuisse videar; ib. 5. quae leviora videntur esse; ib. 7. ut magistratibus nostris in obtinendo iure nostro ne contemptissimi ac despicatissimi esse videamur; ib. 98. quae praetoris praeda esse videatur; ib. 99. quae forsitan vobis parvae esse videantur; ib. IV, 47. ne cui forte neglegens nimium fuisse videatur; ib. 60. ut nihil mihi indignius, nihil minus ferendum esse videatur; ib. 83. unum hoc crimen videtur esse; ib. 88. ut posteris [nostris] monumenta religiosa esse videantur; ib. 98. ut in animis eorum insitum atque innatum esse videatur; ib. 106. ne oratio mea aliena ab iudiciorum ratione ... esse videatur; ib. 109. urbs illa non urbs videtur, sed fanum Cereris esse; ib. 111. ut mihi non cives illius civitatis, sed omnes sacerdotes, omnes accolae atque antistites Cereris esse videantur; ib. 124. ut multo appositior ad ferenda quam ad auferenda signa esse videatur; ib. 126. quod hoc genus praedandi,

quam improbum, quam indignum ... esse videatur; ib. V, 22. quae iucunda videntur esse; ib. 35. ut obscura sua cupiditas esse videatur; ib. 126. ut ne adversarii ... meliore loco esse videantur; Tull. 1. vestrum difficilius iudicium, mea facilis defensio fore videbatur; ib. 2. hic mihi isti singulari ingenio videntur esse; ib. 83. ac mihi quidem .. audax praecipue fuisse videtur Aebutius; Caecin. 2. ut natura, non disciplina consultus esse videatur; ib. 78. ut ei beatissimi esse videantur; imp. Pomp. 13. ut eis nomen regale magnum et sanctum esse videatur; ib. 24. ut is ... facilitate infimis par esse videatur; ib. 41. ne aut invisa dis immortalibus oratio nostra aut ingrata esse videatur; ib. 47. an tibi tum imperium hoc esse videbatur, cum ..? ib. 53. ecquam (putatis civitatem) esse locupletem quae istis pacata esse videatur? ib. 67. altera pars ... per mihi brevis et non magnae ... contentionis fore videtur; Cluent. 2. quae mihi ... de communibus invidiae periculis dicenda esse videantur; ib. 8. esse autem subitum divortium, quod solacium malorum omnium fore videbatur; ib. 14. ne haec ipsa nimium multa esse videantur; ib. 41. quod non dignum hoc conventu et silentio, dignum vestris studiis atque auribus esse videatur; ib. 66. utrum esse vobis consilia siccorum an vinolentorum, et utrum cogitata sapientium an optata furiosorum videntur? leg. agr. I, 1. ne vestra ista praeclara lex agraria magis popularis esse videatur; ib. 24. ut tantum maioribus eorum debitum esse videatur; ib. II, 1. in quo esse locus huic voci non videbatur; ib. 6. ut populares esse videantur; ib. 7. quae cum exposuero, si falsa vobis videbuntur esse ..; ib. 16. ut grati ac memores beneficii esse videantur; ib. 21. ut ea qui habeat sine vestris suffragiis, aut rex non ferundus aut privatus furiosus esse videatur; ib. 32. quorum cupiditati nimium angustus orbis terrarum esse videatur; ib. 37. magna enim mihi res non modo ad statuendum, sed etiam ad dicendum videtur esse; ib. 41. ut sibi iam xvir designatus esse videatur; ib. 53. vix iam videtur locus esse qui ..; ib. 59. quibus ad consumendum nihil satis esse videatur; ib. 65. ut esse (coloniae) non oppida, sed propugnacula imperii viderentur; ib. 73. non enim videtur hominis lex esse, sed temporis; ib. III, 5. quod, quae iustissima mihi causa ad hunc defendendum esse visa est, eadem vobis ad absolvendum debet videri; Rabir. 1. virorum bonorum mentes divinae mihi atque aeternae videntur esse; ib. 29. utrum is clemens ac misericors an inhumanissimus et crudelissimus esse videatur? Catil. IV, 12. ne remissione poenae crudeles in patriam quam ne severitate animadversionis nimis vehementes ... fuisse videamur ‖ fuisse videamini ‖; ib. 13. nec mihi umquam minus in Q. Pompeio ... virtutis esse visum est quam ..; Muren. 16. ne forte isti parum versuti esse videantur; Flacc. 39. ut inimicus esse amplissimis ordinibus, infestus bonis omnibus, hostis patriae videretur; Sulla 10. quam ob rem qui ex municipiis veniant peregrini tibi esse videantur; ib. 23. adeone vobis alienus a sanitate, adeo oblitus constantiae meae, adeo immemor rerum .. esse videor? ib. 83. grave esse videtur eum ... dicere in iudicio; ib. 84. qui vehemens in alios, qui inexorabilis in ceteros esse visus sum; ib. 87. an vero tam parvi animi videamur esse omnes, ... ut ..? Arch. 30. si solus essem interfectus, mihi turpe, si cum multis, rei publicae funestum fore videbatur; sen. 34. nominis inscriptio tibi num aliud videtur esse ac meorum bonorum direptio? dom. 51. hoc ipsum ... unum et idem videtur esse atque id, quod ..? ib. ut ... non exstinctor coniurationis et sceleris, sed auctor et dux fuisse videar; ib. 101. quae voluntas deorum immortalium esse videatur; ib. 107. num quid esse causae videretur quin id signum curiamque Concordiae dedicaret; ib. 130. non dubito quin ea tela ... leviora atque hebetiora esse videantur; har. resp. 2. id semper populo Romano ... satis sanctum, satis augustum, satis religiosum esse visum est; ib. 12. quorum mihi tanta fuisse sapientia videtur; ib. 18. videbatur ea condicione tam fortis fuisse, ut ..; Sest. 37. quo magis nationis eius esse quam generis videretur; ib. 69. tugurium ut iam videatur esse illa villa; ib. 93. ne mea oratio ... infinita esse videatur; ib. 108. quod tibi commune cum summis viris esse videatur; Vatin. 30. cum hac aliquid adulescentem hominem habuisse rationis num tibi perturpe aut perflagitiosum esse videatur? Cael. 50. ut *causa* alterius ‖ alterius causa ‖ sceleris suscipiendi fuisse videatur; ib. 56. ut mihi iam verum videatur illud esse; Balb. 3. ut nemo, nisi qui mecum esset, civium esse in numero videretur; Piso 7. cui nimis videtur senatus ... fuisse crudelis; ib. 17. forsitan hoc ... mirabile auditu esse videatur; ib. 32. an malim te videri nullo pudore fuisse in litteris mittendis; ib. 39. te videri pudentiorem fuisse quam soles; ib. sordidum, inferius etiam est, quam ut Mediolanensi praecone ... dignum esse videatur; ib. 62. quod vobis iste tantum modo improbus, crudelis ... esse videtur ‖ videatur ‖; ib. 66. ut illae necessitudinis causae leves esse videantur; Planc. 27. qui mihi in huius periculo reus esse videor; ib. 29. si quid est quod mihi scitum esse videatur; ib. 35. qui .. audierit .. ita neglegens vobis esse videbitur, ut ..; ib. 57. quod meis studiis aptius quam consuetudini iudiciorum esse videatur; ib. 74. *ne* non solvendo fuisse, bona denique reus ne *retinere voluisse, ... neve haec ipsa ei causa Bostarem veneno necandi fuisse videretur;* Scaur. c. 2, § 4. ut iam nihil esse videatur nisi divinare sapientis ‖ sapientia ‖; Rab. Post. 1. quia videbatur indignum esse et [domini] morte ipsa tristius; Milo 59. ut illud fati fuisse videatur, hoc consilii; Marcell. 29. res enim eo spectat, ut ea poena ... non videamini esse contenti; Ligar. 13. quod initium senatus cogendi fore videbatur; Phil. I, 6. homo diserte, ut Mustelae iam esse et Tironi videris ‖ ut Mustelae Tamisio et Tironi Numisio videris ‖; ib. II, 8. citius dixerim iactasse se aliquos, ut fuisse in ea societate viderentur; ib. 25. qui magister equitem fuisse tibi viderere; ib. 76. nullus ei ludus videtur esse iucundior quam cruor, quam caedes; ib. IV, 11. ut magis exoptatae Kalendae quam serae esse videantur; ib. V, 1. nomen ipsum legationis ultro missae timoris esse signum videbitur; ib. 26. ne illi brevi tempore nimis multi nobis esse videantur; ib. VII, 18. quod fortasse videatur satis esse, sed in principe civi non est satis; ib. 20. quod honore praemiove dignum esse videatur; ib. VIII, 33. cuius propter nefanda scelera tolerabilis fuisse videtur Catilina; ib. XIII, 22. ſ. debere; Balb. 5. vincere; Planc. 81.

evenire: ut, quaecumque acciderit ... incommoda, propter eam causam sceleris istius evenire videantur; Verr. IV, 113.

evomere; ne ... libentius haec in illum evomere videar quam verius; Milo 78.

excellere: quae maxime improbitate excellere videbuntur; Verr. I, 68.

exeipere: non mihi videntur honoris causa excipere Pompeium, sed metuere, ne ..; leg. agr. II, 61. nec quicquam illis verbis ... esse exceptum videretur; Balb. 33.

excitare: ut casu (tempestas) excitata esse videatur; Muren. 36.

excurrere: quod ... excurrere ex Africa, imminere [ita] fructuosissimis insulis || in fructuosissimas insulas || populi Romani videbatur; leg. agr. II, 87.

exercere: ne nimium familiariter inimicitias exercere videare; div. Caec. 13.

exire: quae (pecunia) via modo visa est exire ab isto; Verr. II, 57.

exhaurire: aerarium exhauriri videbatur; Sest. 103.

expiare: ut ... scelus imperatoris in poenam exercitus expiatum || expetitum || esse videatur; prov. cons. 5.

expilare: ut expilata provincia, vexati socii ... esse videantur; Verr. V, 179.

explorare: quae quidem omnibus ... prospectare iam exsilium atque explorare fugam domini videbatur; Verr. V, 44.

exprobrare: num tibi insultare in calamitate, num intercludere perfugia fortunae, num casus bellicos exprobrare aut obicere videor? Verr. V, 132.

exsistere: ut illa flamma divinitus exstitisse videatur; Verr. IV, 69. ne in hac civitate tanti facinoris immanitas aut exstitisse aut non vindicata esse videatur; Catil. I, 14.

exspectare: quod maxime exspectari videbatur; Verr. a. pr. 45. etiam nunc mihi exspectare videmini, iudices; ib. V, 10.

exsultare: ut exsultare victoria nobilitatis videretur; Sex. Rosc. 16

facere: ecquid tandem tibi videtur senex ille .. minoris facere Eutychum filium? Sex. Rosc. 46. ut ne plane videaris id facere; ib. 54. ut hoc iudicium non de illorum praeda, sed de huius maleficio fieri videretur; ib. 95. ut ea ... contra vosmet ipsos facere videamini; ib. 104. satis fidei et diligentiae meae, ... satis etiam iudici fecisse videar; Qu. Rosc. 14. videor mihi gratum fecisse Siculis; Verr. II, 16. ut haec, quae dixi, gratis facta esse videantur; ib. 61. qui ... tamen id more potius suo quam merito tuo facere viderentur; ib. 155. ne quid horum ... adventu meo factum esse videatur; ib. 161. si per vim multitudinis factum esse videretur; ib. ut nihil malitiose neque consulto fecisse videatur; ib. 164. ut, quae olim ad ornandum templum erant maxime, nunc tantum ad cludendum factae esse videantur; ib. IV, 124. FECISSE VIDERI pronuntiat; ib. V, 14. ne id, quod videntur impudenter fecisse, astute et callide fecerint; Caecin. 4. ut ... de iure civili iudicium fieri videretur; ib. qui ausus est dicere, FECISSE VIDERI eum; ib. 72. satis mihi multa verba fecisse videor; imp. Pomp. 27. nos autem ... satis facere rei publicae videmur; Catil. I, 2. ut nutu Iovis Optimi Maximi factum esse (illud) videatur; ib. III, 21. iudicium fieri videtur; Flacc. 40. ne gratiae causa facere viderentur; Quir. 11. fieri quaedam ad meliorem spem inclinatio visa est; Sest. 67. tum tu ipse de te FECISSE VIDERI pronuntiavisti; Piso 97. ne vobis id ille magna ratione fecisse videatur; Planc. 2. in qua (causa) quaedam hominum ipsorum videtur facienda esse contentio; ib. 5. ut hoc stultissimum [facinus] ... sapienter factum esse videatur; Rab. Post. 24. ne Tubero quod numquam cogitavit facturus fuisse videatur; Ligar. 24. quam ob rem ... mihi videamini ... potestatem nobis ... fecisse dicendi; Phil. III, 13. ne contra senatus consultum fecisse videatur; ib. X, 13. ne quid adrogantius ... facere videatur || videatur facere; ib. XIII, 13.

fallere: ſ. eripere; Verr. II, 134.

fateri: ut non solum fateri, sed etiam profiteri videatur; Caecin. 27.

ferre: utrum videtur id senatus factum iudicare, an ... moleste graviterque ferre? Cluent. 136. tulisse ut potius iniuriam quam rettulisse [gratiam] videar; Sulla 47. ut aut praestantissimus vir ... repulsam tulisse videatur aut unus quisque nostrum praeteritus; Phil. XI, 19.

fingere: ſ. dicere; Cael. 55.

flagitare: a quibus etiam tacentibus flagitari videmur; Phil. XIV, 30.

furere: ut sine ulla dubitatione insanire omnibus ac furere videretur; Verr. IV, 39.

gerere: ut peregrinari in aliena civitate, non ... in tua magistratum gerere videare; Rabir. 28. ut ea virtute, non casu gesta esse videantur; Catil. III, 29. ut ea ... casu ... gesta esse videantur; Sulla 83. ſ. providere; Catil. III, 18.

gignere: ut idem deus urbem hanc gentibus, vos huic urbi genuisse videatur; Phil. XIV, 32.

gloriari: ita enim mihi gloriari visus es laudatione Pergamenorum; Flacc. 74. ne nimis gloriari viderer; har. resp. 16.

habere: etiam si quid antea recti aut venusti habere visi essent || visi sint ||; Quinct. 77. quae (navis) ... urbis instar habere inter illos piraticos myoparones videretur; Verr. V, 89. ut sua religio, laudatio, auctoritas aliquid ... momenti || in laudatione auctoritatis aliquid ... et momenti || habuisse videatur; Font. 14. homo mea sententia prudentissimus Caecina ... plus mihi animi quam consilii videtur habuisse; Caecin. 22. utrum tandem hoc capite honos haberi homini an invidia quaeri videtur? leg. agr. II, 60. habere videtur ista res iniquitatem; Catil. IV, 7. ne ab ipso ... concessam videamur habere licentiam fingendi; Muren. 20. quantum quisque animi et facultatis habere videatur; Muren. 44. nullam mihi poenam videtur habere id; Piso 95. nec privatos focos nec publicas leges videtur nec libertatis iura cara habere; Phil. XIII, 1.

hiare: utrum ea (domus) patere an hiare ac poscere aliquid videtur? Verr. III, 8.

hortari: hi subito hortari ad pacem ... non sine causa videbantur; Phil. XII, 2.

iacere: videor mihi iecisse fundamenta defensionis meae; Cael. 5.

ignoscere: ſ. concedere; Verr. V, 126.

imitari: ut haec simulata adeptio || adoptio, al. || filii quam maxime veritatem illam ... imitata esse videatur; dom. 36.

imminere: qui imminere iam cupiditate videntur in tribuniciam potestatem; dom. 47. ſ. excurrere.

immittere: ſ. emittere.

impedire: NON VIDERI STHENIUM IMPEDIRI EDICTO QUO MINUS EI ROMAE LICERET ESSE; Verr. II, 100.

impendere: multa autem impendere videntur praeter naturam etiam praetorque fatum; Phil. I, 10. ſ. adesse.

imperare: ut aliquando vere videremur ... imperare; imp. Pomp. 56.

impetrare: ut nescio quid a te impetratum esse videatur; Flacc. 83. ſ. efflagitare.

implorare: videturne ipsa res publica .. consulis auxilium implorasse? dom. 12.

imponere: ſ. absterrere.

incidere: in eam fraudem videtur mihi divinitus incidisse; Verr. III, 178. ac mihi quidem ... fatalis quaedam calamitas incidisse videtur et ... occupavisse; Ligar. 17.

incolere: ſ. diligere; Verr. IV, 107.

incurrere: qui nescio quo pacto mihi videtur praetorius candidatus in consularem ... incurrere;

Muren. 57. ut in eum non invasisse, sed incucurrisse videamur; Sest. 14.

indicare: ut non iam aliis indicari, sed indicare se ipsi viderentur; Catil. III, 13.

inesse: ut in uno omnia maleficia inesse videantur; Verr. II, 82. an ... dubium vobis fuit inesse vis aliqua videretur necne? Caecin. 31. ſ. continere.

inflectere: ſ. corrigere.

inruere: qui (homines) quasi de industria in odium offensionemque populi Romani inruere videantur; Verr. a. pr. 35.

insanire: ſ. furere.

insectari: num obscure videntur prope hasta praeconis insectari Cn. Pompei exercitum? leg. agr. I, 6. ſ. cogitare; Cael. 16.

instare: ea quae videntur instare; Sex. Rosc. 22.

instaurare: ne nova et multo crudelior per vos proscriptio instaurata esse videatur; Sex. Rosc. 153.

insultare: ſ. exprobrare.

intellegere: ut plane intellegere viderentur ad quam rem parati essent; Tull. 19. visus est mihi primo veterator intellegere praeclare; Caecin. 30.

intercedere: videturne intercessisse appellatio tribunorum non morae sed auxilii causa? Quinct. 65.

intercipere: ſ. efflagitare.

intercludere: ſ. exprobrare.

interesse: ut in eorum consiliis omnibus non modo aures hominum, sed etiam oculi [populi Romani] interesse videantur; Verr. a. pr. 48.

invadere: ſ. incurrere; Sest. 14.

invidere: ne ... invidisse videar Antonio; Phil. XIII, 28. ſ. consulere.

irasci: ut ... etiam mihi videretur irasci; Caecin. 28.

ire: ut a me non electus ad alienos, sed invitatus ad tuos isse videaris; Catil. I, 23.

iudicare: ne videretur iudicasse, bona sua ... possessa esse; Quinct. 31. parumne videbatur populus Romanus iudicare ..? Sest. 123. ne a populo iudicatum esse videatur; Planc. 9. mihi vero Cn. Pompeius non modo nihil gravius ... iudicasse, sed etiam statuisse videtur ..; Milo 15. ſ. ferre; Cluent. 136.

labare: cum ei labare M. Antonius videretur; Phil. VI, 10.

labefactare: cum omnia acta illius anni per unum illum labefactari viderentur; Sest. 62.

laedere: ut neque fides huius defensionis relicta neque cuiusquam aut dignitas laesa aut amicitia violata esse videatur; Cluent. 118.

laetari: qua (pace) ... etiam tecta atque agri mihi laetari videntur; leg. agr. II, 9. quae (urbs) quidem mihi laetari videtur; Catil. II, 2. ut ... etiam moenia ipsa viderentur et tecta urbis ac templa laetari; Piso 52.

latere: ut tantum facinus non in aequitate defensionis, sed in una littera latuisse videatur; Caecin. 38. ſ. esse; Verr. II, 181.

latitare: si latitare ac diutius ludificare videatur; Quinct. 54.

laudare: summe haec omnia mihi videntur esse laudanda; div. Caec. 57. ne nostrum consilium ... laudare videamur; Flacc. 87. cum idem supplicium minatur optimis civibus, ... laudare videtur, quasi imitari velit; Phil. III, 18.

levare: ut humanitate vestra levatus potius quam acerbitate violatus esse videatur; Arch. 31.

licere: cum utrumvis licuisse videatur; Verr. III, 167.

loqui: nonne vobis Numa Pompilius videtur loqui? dom. 127. ſ. confiteri; Sest. 40.

ludere: ut aut lusisse in tantis rebus aut profecto nescio quid spectasse videatur; leg. agr. II, 28.

ludificare: ſ. calumniari. latitare.

lugere: nihil est .. tam alienum ab eo ... quam videri coniuratorum poenam mortemque lugere; Sulla 31. ſ. desiderare.

malle: mihi videntur plerique initio multo hoc maluisse; Muren. 29. vide ne alienis exemplis eisque recentibus uti quam et antiquis et domesticis malle videare; Phil. XIII, 15.

manere: manere in instituto meo videor; div. Caec. 5.

meditari: simul atque candidatus accusationem meditari visus est; Muren. 43.

meminisse: ut praeterita meminisse, reliqua sperare videamur; imp. Pomp. 47. quantam (contionem) meminisse non videor; Phil. IV, 1.

mentiri: si .. illud diceres, improbe mentiri viderere; Quinct. 81.

metuere: ſ. excipere; leg. agr. II, 61.

minitari: ſ. denuntiare.

minuere: ne ... minuere amicitiam nostram videatur perpetua dissensio; Phil. X, 2.

mirari: mirari visus est; Sex. Rosc. 60.

moliri: ut velle atque optare aliquid calamitatis filio potius quam id struere et moliri videretur; Cluent. 178.

movere: quod exercitus armatos movet, id advocationem togatorum non videbitur movisse? Caecin. 43.

nasci: ut hoc amplissimum nomen [senatorium] ... ad contumeliam improborum natum esse videatur; Verr. III, 96. qui ad omnia ... bella conficienda divino quodam consilio natus esse videatur; imp. Pomp. 42. nata esse ibi ‖ inibi esse haec ‖ (superbia) ex Campanorum fastidio videtur; leg. agr. I, 20. qui mihi non tibi, sed patriae natus esse *videris* ‖ videare ‖; Muren. 83. sic T. Annius ad illam pestem comprimendam ... natus esse videtur et quasi divino munere donatus rei publicae; har. resp. 6.

niti: [ut illo supercilio annus ‖ cincinnatus ‖ ille niti tamquam *vade* videretur]; Sest. 19. ſ. confidere.

nolle: ſ. posse; Catil. III, 22.

nosse: etiam controversum ius nosse et tractare videare; Muren. 28. nosse aliquod eius volnus ... videbantur; Phil. XII, 1.

numerare: qui ... mihi videtur tamen inter viros optimos ... esse numerandus; Font. 38.

obicere: ſ. exprobrare.

obligare: ne obligati esse videantur; Planc. 73.

oblinere: ut non cera, sed caeno obliti esse videautur; Verr. V, 173.

obloqui: quae (exspectatio) mihi obloqui videtur; Cluent. 63.

observare: ſ. colere.

obsignare: ut ... civitates ... Laelio praesenti ... nihil temporis causa scripsisse aut obsignasse videantur; Flacc. 36.

obstare: quoniam .. ei pecuniae vita Sex. Roscii obstare atque officere videatur; Sex. Rosc. 6.

obstrepere: eius modi res ... obstrepi clamore militum videntur ‖ obstrepit clamor militum ‖; Marcell. 9.

obtinere: ne summo iure egisse quam ne certum ius ‖ eius, et ius ‖ non obtinuisse videatur; Caecin. 10.

obtrectare: quo mihi etiam indignius videtur obtrectatum esse; imp. Pomp. 57.

occupare: num tibi videor in causa Ligarii esse occupatus? Ligar. 30. ſ. insidere; ib. 17.

offerre: neque iste mihi videtur se ad damnationem solum offerre; Verr. I, 8.

officere: ſ. obstare. — olere: ſ. clamitare.

oportere: EOS ITA VIDETUR IN POSSESSIONE ESSE OPORTERE; Quinct. 84.

opprimere: ne eadem mulier ... *et* turpissimum latronem eripuisse et honestissimum adulescentem oppressisse videatur; Cael. 78.

optare: ſ. moliri.

oppugnare: utri oppugnasse videantur; Tull. 55. quia verbis oppugnare aequitatem videbatur; Caecin. 67. ſ. adimere.

ordiri: de quo si paulo altius ordiri ac repetere memoriam religionis videbor, ignoscite; Verr. IV, 105.

osculari: quoniam mihi videris istam scientiam iuris tamquam filiolam osculari tuam; Murcn. 23.

ostendere: quae (tempora) simul ac primum aliquid lucis ostendere visa sunt; Phil. IV, 1.

ostentare: creditoribus suis spem ostentare provinciae videretur; Fr. B, XIII, II, 3.

parcere: si minus eius famae parcere videbor; Tull. 3.

patefacere: haec enim mihi ad omnia defensio patefieri videtur; Verr. IV, 8.

patere: ſ. hiare.

pati: ut iam ista non modo homines, sed ne pecudes quidem mihi passurae esse videantur; Catil. II, 20.

percellere: ſ. adfligere.

perdere: videbatur id perdere arator, quod aratro ipse quaesisset; Verr. III, 198. quod id perdere videbatur; ib. 199.

peregrinari: ſ. gerere; Rabir. 28.

permittere: ut quibusdam populis ... permittendum esse videatur; Balb. 22.

permovere: non ut odio permotus esse videar; Catil. I, 16.

perspicere: cum satis iam perspexisse videretur; Verr. IV, 65.

pertimescere: ſ. commovere; Font. 34.

pertinere: vereor ne ad pluris oratio mea pertinere videatur; Sex. Rosc. 94. cum .. ea consuetudo ... ad summam rem publicam pertinere videretur; Tull. 8. quod videretur || videtur || ad summam illius existimationem hoc iudicium pertinere; Caecin. 6. quae mihi visa sunt ad illius miseri causam pertinere; dom. 41. ne ad te hoc crimen pertinere videatur; Phil. II, 36.

pervadere: ut quaedam calamitas pervadere videretur; Verr. I, 44.

pervenire: mihi quidem .. ille pervenisse videtur; Phil. XI, 6.

petere: si forte videbor altius initium rei demonstrandae petisse; Caecin. 10. ut eundem quem optimi ac nobilissimi petere cursum laudis videretur; Cael. 72. ut petere viderer; Planc. 25. ſ. efflagitare.

ponere: ſ. conlocare. convenire; Tull. 16.

poscere: quam (potestatem) cum poscebat, verbo illam poscere videbatur; Verr. a. pr. 44.

posse: quod in hac videor posse facere; Quinct. 35. quod ... aliquo modo posse ferri videtur; Sex. Rosc. 117. qui videbatur eorum fortunas fide diligentiaque sua posse defendere; div. Caec. 67. ut ea (provincia) ... vix .. recreari aliquando posse videatur; Verr. a. pr. 12. nullae sordes videbantur his sententiis adlini posse; ib. 17. qua (statua) vix tuto transiri posse videatur; ib. II, 141. ut ab omnibus ventis invidiae circumflari posse videatur; ib. III, 98. illi quoad videbatur ferri aliquo modo posse contenderunt; ib. 99. nihil addi iam videtur ... ad hanc improbitatem ... posse; et recte nihil videtur; ib. V, 115. videor hoc leviter pro mea auctoritate || hoc certe pro levi mea auctoritate || vobis praecipere posse; Font. 42. quoad videretur salvo capite fieri posse; Caecin. 20. ad dicendum autem in altera videar mihi aliquid reperire posse; ib. 64. qui conlatis signis exercitus regios superare posse videatur; imp. Pomp. 66. videte ut ... illorum orationi ... respondere posse videamur; ib. 68. ceteri non videntur in singulis hominibus multa parricidia suscipere posse; Cluent. 32. nihil posse iam ad hanc improbitatem addi videtur; ib. 35. ut nobilitatis dignitatem virtute tueri posse videatur; ib. 111. quod te ista censoria, sive voluntas sive opinio fuit, adiuvare ... posse videatur; ib. 125. praetermitti ab censoribus et neglegi macula iudiciorum posse non videbatur; ib. 130. cui loco respondere vix videor posse; ib. 135. qua illud potuisse ita circumsecari videretur; ib. 180. unum hoc certe videor mihi verissime posse dicere; leg. agr. II, 64. ut (petitiones) vitari posse non viderentur; Catil. I, 15. nullum videri contra me consilium iniri posse; ib. 18. quod vix videtur humani consilii tantarum rerum gubernatio esse potuisse; ib. III, 18. quae bellum populo Romano facere posse et non nolle videatur; ib. 22. quos mihi videor facillime posse superare; Sulla 46. quod (volnus) videretur huius vita et natura accipere potuisse; ib. 73. non videri eam || ea || recte posse dedicari; dom. 136. ut (ea) vel a Q. Catulo ... praeclare posse dici viderentur; Sest. 122. ne quis vir clarus ... huic ordini iure irasci posse videatur; prov. cons. 39. quae mihi tum ... vere posse dici viderentur; Balb. 38. cui ne referri quidem gratia posse videatur; Planc. 73. videnturne vobis posse Caesaris acta servari? Phil. I, 19. Oceanus ... vix videtur tot res ... tam cito absorbere potuisse; ib. II, 67. quae (gloria) vix caelo capi posse videatur; ib. 114. quia non posse fieri videbatur; ib. III, 3. quamquam vix videntur haec posse sciungi; ib. XIII, 6. cuius ne supplicio quidem ullo satiari videtur posse populus Romanus; ib. 21.

possidere: is, ut opinor, praedium, non bona videatur alterius possidere; Quinct. 85.

postulare: non quia res postulare non videretur; Tull. 5. cum ... commoveri soleam vehementius, quam videtur vel usus vel aetas mea postulare; Deiot. 1.

praestare: videatur honorem debitum patri praestitisse; Phil. IX, 12.

praeterire: quod ab Alfeno praeteritum esse videatur; Quinct. 68. praetereunda videntur esse permulta; Verr. IV, 97. ne haec quidem P. Sullae mihi videtur silentio praetereunda esse virtus; Sulla 62.

praetermittere: nihil enim praetermittendum de istius impudentia videtur; Verr. IV, 86. ut ... nihil a me ... praetermissum esse videatur; Sest. 5.

praevaricari: ſ. defendere; Cluent. 58.

privare: ſ. conservare; Cluent. 201.

prodesse: maluit in maximo rei publicae discrimine emori quam minus quam potuisset videri rei publicae profuisse; Phil. IX, 6.

proferre: isti ipsi mihi || ipsi mihi isti || videntur vestri praeceptores et virtutis magistri finis officiorum paulo longius ... protulisse; Muren. 65. cum a me ipso elaborata (haec) proferri viderentur; Cael. 54. ne aut proferre videar ad tempus aut eo genere uti litterarum; Planc. 74.

proficisci: ut ... non ad eadem Cereris, sed ad ipsam Cererem proficisci viderentur; Verr. IV, 108.

profiteri: ne .. id profiteri videar; Cluent. 51, ſ. fateri.

progredi: cum mihi ipsa Roma ... progred visa est; Piso 52.

prohibere: ſ. admonere; Sex. Rosc. 70. Tull. 9.

prolabi: ne quod ab aliqua cupiditate prolapsum verbum esse videatur; Font. 28.

proponere: proponenda ratio videtur esse officii mei; Rabir. 1. quae (causa) videbatur perditis civibus ad invidiam esse proposita; dom. 44.

propulsare: ſ. emendare.

prospectare: ſ. explorare.

providere: ut deorum immortalium nutu atque consilio et gesta et provisa esse videantur; Catil. III, 18. ut ... condicioni omnium civium providisse videamini; Cael. 22.

putare: quas videtur ille peracutas putare; Phil. III, 21.

quadrare: nisi omnia ... in istam quadrare apte viderentur; Cael. 69.

quaerere: ut ... tamen impudentiae suae pudentem exitum quaesisse videatur; Verr. I, 2. satisne vobis magnam pecuniam Venerius homo ... Veneris nomen quaesisse videtur? ib. II, 24. non enim hoc sine causa quaeri videtur; imp. Pomp. 22. ut aliquam mihi bonam gratiam quaesisse videar; ib. 71. ex omnium sententia constitutum est satis videri esse quaesitum; Cluent. 177. satis quaesitum videri; ib. 182. tum utrum fundi facti sint an non, quaerendum esse videtur || videatur ||; Balb. 22. ut ... ab eo ... videatur mihi pernicies esse quaesita; Piso 74. ut in augenda re non avaritiae praedam, sed instrumentum bonitati quaerere videretur; Rab. Post. 3. ſ. habere; leg. agr. II, 60.

recedere: num .. ille lanista omnino iam a gladio recessisse || a gladiatore cessisse, recessisse || videtur? Sex. Rosc. 118.

recipere: homo ... noluit videri ... Rubrium invitus domum suam recepisse; Verr. I, 65.

recitare: utrum vobis consilium tandem praetoris recitari videbatur ... an praedonis improbissimi societas atque comitatus? Verr. V, 54.

recreare: ſ. confirmare; Verr. V, 178. conligere; ib. III, 124.

reddere: ut isti pro praerogativis eam || iam || reddidisse videatur; Verr. a. pr. 26.

redire: non ut redire ex Macedonia nobilis imperator, sed ut mortuus infamis referri videretur; Piso 53. redire ad se videtur; Phil. VIII, 25.

referre: ut (civitas) huic ... parem gratiam referre videatur; Font. 45. ſ. ferre; Sulla 47. redire; Piso 53.

refragari: ne refragari homini amicissimo ... videar; Phil. XI, 20.

refricare: ſ. commovere; leg. agr. III, 4.

refutare: videntur ea esse refutanda; Milo 7.

relevare: ut saepe homines aegri morbo gravi ... primo relevari videntur, ... sic videbimur fortasse ad breve quoddam tempus cura etmetu esse relevati; Catil. I, 31.

relinquere: ne dissolutius || dissolute || relinquere videretur; Caecin. 103. ſ. laedere.

repetere: ne populus Romanus ab isto eas poenas vi repetisse videretur; Verr. V, 163. ſ. ordiri.

reprehendere: ut viderentur ... sua auctoritate iudicia reprehendisse; Cluent. 130.

repudiare: qui si adulescens ... patris imperium timuisse aut a parente repudiatus videretur; Muren. 11.

rescindere: ne tuum iudicium videar rescindere; Verr. V, 20.

residere: quod ... cum horum etiam tectis et sedibus residere aliquod bellum semper videtur; dom. 61. sin scripulus tenuissimus residere aliquis videbitur; har. resp. 11.

respirare: respirare visus est, quod non alius potius diceret; Sex. Rosc. 60. respirasse homines videbantur nondum re, sed spe rei publicae recuperandae; Sest. 72.

respondere: si id, quod oportet, responderis, idem videare respondisse; Muren. 28.

restare: restare tibi videbatur servorum nomen; Sex. Rosc. 79.

restinguere: exortam videtur flammam ... restinxisse; Verr. V, 14.

restituere: ut huius ordinis auctoritas ... rei publicae restituta esse videatur; leg. agr. I, 27. in quam (urbem) videor esse restitutus; dom 146. ut contra reu publicam restituti esse videantur; Phil. X, 22.

retinere: ſ. commovere; Milo 85.

revocare: ipsi di ... idcirco mihi videntur fructum reditus (mei) ... ad suorum sacerdotum potestatem ... revocasse; dom. 143. ne quem in iudicium oratio mea revocare videatur; Fr. B. VI, 17.

scire: plus etiam scire quam sciebat (Panurgus) videbatur; Qu. Rosc. 30.

scribere: ſ. agere; Sest. 120. obsignare.

sentire: ut ... omnes idem de re publica sensuri esse videantur; Sest. 106.

sequi: quid ut secuti esse videamini? Font. 32. ut testem tamen aut tabulas secutus esse videatur; Caecin. 71.

servare: ne ... hic ... ad iudicum crudelitatem videretur esse servatus; Verr. V, 3. qui (homo) mihi videtur quasi quoddam exemplar ... servari; Fr. A. III, 17.

sevocare: ut rursus plebes || plebs || in Aventinum sevocanda esse videatur; Muren. 15.

significare: id significare nutu videtur; Verr. III, 26. ſ. adnuere.

spectare: ut nihil nisi sempiternum spectare videatur; Rabir. 29. ſ. ludere.

sperare: quod sperare mihi videor; Verr. a. pr. 50. sperare videor tantum afuturam esse orationem meam a minima suspicione offensionis tuae; Planc. 8. ſ. meminisse; imp. Pomp. 47.

spoliare: ut pluris hic sociorum urbis quam ille hostium spoliasse videatur; Verr. III, 9.

statuere: ne in hoc scelere ... nimis aliquid severe statuisse videamini; Catil. IV, 13. ſ. iudicare; Milo 15.

struere: ſ. moliri.

sublevare: tot tantaque eius vitia sublevata esse videbuntur; Verr. a. pr. 47.

superare: ut etiam illum ipsum [suo] artificio superasse videatur; Verr. I, 53. me nulla in disputatione ab Accio videri esse superatum; Cluent. 149.

suscipere: itaque mihi videor, iudices, magnam ... rei publicae partem suscepisse; Verr. I, 5. quamquam in hac causa multo pluris partis mihi defensionis quam accusationis suscepisse videor; ib. II, 10.

suspicari: de quibus illi aliquid suspicari viderentur; Sulla 36. quod tamen mihi iam suspicari videntur; har. resp. 46.

sustinere: gravissimam sustinere mihi personam videtur; Piso 71. parum mihi visus es eos ... sustinere; Phil. VIII, 1.

tangere: ſ. audire; Scaur. 26.

tegere: cuius eximia virtus, dignitas et ... fides et continentia tegere videretur improbitatem et legis et actionis tuae; dom. 23.

tenere: ea (lege) non videri populum teneri; Fr. B. VI, 11.

timere: ut ne quis id forte nesciat timere videantur; Cael. 26. ſ. repudiare.

tollere: ſ. eripere; Sex. Rosc. 71.

tradere: ſ. adferre; Verr. V, 187.

trahere: quae (legio) mihi videtur divinitus ab eo deo traxisse nomen; Phil. IV, 5.

